

excellens animi vis ac virtus: et quamlibet magnis gerendis negotiis per ingenii solentis industria.

Anno 1631 Aprili mense convenientibus utrimque legatis pax inter imperatorem Mantuaeque Ducem aequis legibus constituta, tum huic imperatoris decreto firmata Mantuae ac Montisferati possessio die Julii secundo. Ita pacatis omnibus pristinum Halicæ otium ac tranquillitas rediit.

### Caritas

Reverendus admodum in Christo Pater Claudius du Vivier Ordinis fratrum Minorum in provincia Flandro-Belgica, et inferiori Germania Provincialis, religionum virtutum et observantiae regularis exemplar, in divinis Scripturis eruditissimus, ecclesiastes plane incomparabilis, et ob verba divina gratiae, quae procedebant de ore ejus ab Alberto Pio et Ser<sup>ma</sup> Hispaniarum Infante in ordinariorum suorum concionatorum numerum electus: aetate senectutis vita immaculata a religionis incunabulis venerandus: anno aetatis 62 et sanctae professionis 45, talentis a Deo sibi collatis in ejus gloriam fideliter expensis et trigesimo tertio concionum per Adventus et Quadragesimae tempora curricula emenso, primo quinta vice repetiti Provincialatus anno in ultimam incidit aegritudinem. In qua praclarioribus humilitatis, patientiae, pietatis, et cum Dei voluntate conformitatis exemplis fratibus relictis, ad ea quae non videntur, aeterna suspirans, ecclesiaeque sacramentis munitus; tandem corporeis viribus exhaustis in suo Leodiensi Conventu anno a vixione partu 1630 Augusti septimo die intimo felis- rum dolore obdormivit in Domino. Cum autem universa salus nostra non sit nisi magna Dei misericordia Vestrarum Reverentiarum opem et caritatem per viscera misericordiae Dei nostri imploramus, ut illius animae et omnibus in

Christo quiescentibus requies aeterna donetur, et lux perpetua luceat eis. Amen.

Hujus obitum liberè descripsi, quia magno concursu et applausu maxime nobilium plures annos in suo monasterio Pruxellis concionatus est.

9 Augusti ex dysenteria discessit e vita Ill<sup>ma</sup> Trabella de Berlaymont secunda uxor Ducis Arschotani quam fere secutus est. ex animi dolore dolens eam (sicut et primam) in flore juventutis sibi ereptam, pro qua unusquisque sacerdos hujus domus celebravit. Minus

11 vero hujus mensis vitam pariter cum morte commutavit Joana lotrix nostra, quae multis annis domui inseruit. Fecimusque illi Eucenarium sic

Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas

Pauperumque turres. Horat. Carm. lib. 1.

Hoc anno 1630 Suevicum bellum in Germania initium habuit. Stralsundam, quae ex Anseatici foederis civitatibus una est, Caesaris imperium detraherentem magna vi militum in agrum ad stationes missa Walsteinus afflixerat. Cives militi Caesareo restiterunt, miles urbem obsedit, Suecus, qui anno praeterito cum Polono ad sexennium inducias fecerat, in auxilium advocatus urbem obsidione liberavit et presidium induxit, et insuper Rugiam insulam e regione urbis pulsus Caesarianis suam in potestatem redegerunt.

Caesar interea pacis cupidus ut comitia imperii haberentur procurabat, et tandem sub finem mensis Junii ipse cum filio electores ecclesiastici et Bavarus Ratisbonae convenerunt, Saxo et Brandeburgius per legatos tantummodo adfuerunt; excusatione in speciem data, ideo se non venire quod pecunia non suppeteret ad sumptus in itinere et comitiis pro dignitate faciendos, quodque ditionum proventus annuos miles a Walsteinio in stationes missus dissipasset. In his porro comitiis institerunt principes ut Walsteinus

a suprema prefectura militari removeretur, atque exercitus dimitteretur. Walsteinus itaque (cui Megapolitarum Ducatum Caesar antea donaverat) exauctoratur, et Lillio copiarum catholici federis ductori cura reliqui exercitus datur. Maluit scilicet Caesar suum erga pacem studium ostendere, quam potentiam et arma in manu retinere; pro sed pernicioso consilio ut eventus docuit.

Gustavus Adolphus rex Sueciae quietis impatientis et nihil se absente recte fieri existimans habito Stockholmiae ordinum regni conventu causas explicuit, ob quas bellum contra Caesarem susciperet, easdemque libello complexus latine et germanice Appis publicandas curavit. Exinde cum exercitu quindecim millium militum navem conscendit, et in supra dictam Rugiam insulam et Nonas Julias appulit. Gustavus occupato primum Wolgosto pactisque cum Bogislaw Pomeraniae Duce initis, Sextimum 13 Calendas Augusti ingreditur: et accepto militum supplemento rex versus Megapolim navigavit, ut Libello eam provinciam tenenti bellum inferret, Aestochiensium et aliorum oppidanorum animis alliciendis edictum promulgavit, suasitque ut ad suorum dominorum Adolphi Frederici, et Joannis Alberti partes redirent, quos ut pristinam sedem restitueret, ipse se venire dicebat. Colligebat circa Hamburgum et Lubecam pro Sueca miles Franciscus Carolus Laurenburgius ex Saxoniae Ducibus ortus, sed Raponheimius illum in potestatem redegit ibique bellum velut in verba oppressit. Lilius Magdeburgum obsidebat.

Hoc pariter anno publico electoris Brandeburgii accensu Sueco vires minime sunt auctae. Leir hic regis inter ceteros stimulatres primarius fuit, ut in Germaniam veniret, et arma contra Caesarem caperet: sive quod a Caesareo milite premeretur, sive quod rebatur sororis se fortuna fructurum.

Rambaldus Comes Collaltus dum ex Italia in Germaniam redi-

Annus cogitatur, curie rhetorum immatura morte hoc anno 1630. extinguitur.

Aldeingerus Belga (nam in urbe Luxemburgensi natus erat) in belli administratione successerat. Is Caesarei exercitus reliquias ex Italia in Germaniam reduxit, praeter quas et catholici federis principes Moogun. Ainus, Coloniensis, Treverensis, Bararus Gtharingus et alii in sua quisque ditione militem conscribere cepit, quem Caesareano adiungeret, et quo religionem unitam contra Protestantos (qui bellum hoc pro libertate, ut loquuntur conscientiae geri spergebant) fortiter sueretur.

Anno 1630 cum Philippo IV natus esset, filius Philippus Carolus Pal. Hassiae (cui Deus ad multos annos vitam concedat) Trabella officii ergo in Hispaniam ablegavit. S. Nicolaum de Montmorency Comitem d'Esternes, etc. Supremum aerarii regii praefectum qui nomine suo regi et reginae novam progeniem gratularetur et (quandoquidem Trabella laboribus assiduis fracta, et annis gravata imperii longo bello quas sati molem egre sustineret) maturet regis concilium de altero e fratribus suis sive is Carolus sive Ferdinandus foret in Belgium transmittendo, qui amicitiae suae consilio atque auxilio adesset, sed res usque ad annum 1632 delata est. Obiit praedictus Princeps anno 1646 in Octobri.

Nostra domestica repetamus. 24 Augusti frater Bartholomaeus Clape Huerensis antiquae prope Lovanium coadjutor coeli, sui Donatismi promissionem fecit in manus notarii sed die non supervivit.

In festo S. P. N. Brunonis delatum est V. Sacramentum in supplicatione, et remansit in altari toto die propter frequentiam secularium ob Indulgentias plenarias, et secundum morem patriae, huc usque deinceps observatum est.

Præter Jacobus Laurent Donatus et portarius Lovanium missus est, alter frater Guilielmus Donatus portae curam suscepit et interim ad ardua quaeque cogebatur.

19 Novembris praedictus frater Bartholomaeus Donatus ex pustulis obiit. magno sui relicto desiderio, quod valde obsequiosus, nitidus, fidelis et humilis esset, de quas qualitates ad habitum gratanter acceptus fuerat, quamvis pauperrimus quatuor annis in culina cum omnium satisfactione nobis inserivit, nec unquam Levanium rediit ut nos inviseret parentes sed nec ad civitatem ibat. Supplicationes spectandi causa dicebat sibi sufficere nostrae interfuisse, nostro obsequio totus addictus aliorum etiam vices supplebat, suas autem sibi subripere quamvis viles degre ferebat. In tabernaculo habitabat nobiscum nec unquam nobis indignabundus respondit, quamvis cibum vix capere posset plurimum aliquando petitionibus importune pulsatus, sed omnibus et singulis satisfacere conabatur. Ridiculum forte rem referam, sed pietate non vacuam. Parvus quidam puer ex vicinia ubi pisces servantur hanc domum frequentabat, quippe qui laicis gratus erat, propter ingenii vivacitatem, et Bartholomaeum sequelatur in hortum ad colligenda olera, cum essent sub pomis arbore puer suspirabat, et optabat ut pomum aliquod decideret; precare, inquit Bartholomaeus, angelum tuum custodem, et ecce mox maximum cecidit, quod quidem satis frequenter acciderat, sed volo ostendere quam innocenter secum colludebant, et quasi gaudia paradysi praeludebant, nam ante aliquot septimanas puer ex eodem morbo pustularum obiit, quem ut pauperem aviculam plangebatur Bartholomaeus quem tamen brevi secutus est, nec iste morbus putabatur illi allaturus mortem; dicebant enim laici illum non corde aegrotare, et propter periculum contrahendi eam luem non satis diligenter et benigne ei ministrabant. Pridie tamen cum animadvertent eum loquela nonnihil deficere, P. Vicarius excepit ejus confessionem, quam praesenti animo fecit atque more Ordinis eum

absolvit, jussitque ei ora ministrari, quae avidè sumpsit ac si longo temporis non comedisset, quod tamen signum mortis erat: post Matutinas P. Vicarius designavit S. Nicolaum Dierhaut caritate predictum religiosum, praeter servitorem qui alte sterneret, ut illi adesset post Matutinas, adfuit etiam infirmarius, precebat aegrotus surgere ex lecto et assidere igni quod ejus pedes frigerent, quod nequaquam infirmarius volebat attendere magnitudine morbi, sed illo recedente multis precibus propter Deum, et quod oraret pro eis obtinuit a vigilibus, qui eum sedi imponunt, vestibus et stragulis optime contegunt, atque ad ignem deferunt, nihil amplius dixit aut conquestus est, nisi semel alte suspiraverit et ingemuerit, religiosus existimans se eum optime collocasse ac quiescere seu aperto ore dormire illi assidebat, pia legebat aut etiam subdormiebat donec P. Vicarius mane veniret et peteret quomodo aegrotus se haberet, quiescit, inquit religiosus, nec quidquam se movet, sed debebat attendere si esset habitus aut spiritus in ipso. P. Vicarius propius accedens adhibito lumine vidit illum respirasse famulus audiens eum mortuum exurgit et tota familia excitatur atque turbatur, postea Missae private pro eo celebratae successit Agenda Missa conventualis, exequiae et sepultura more Ordinis, et sonus campanae celebri, in hoc felice quod preces tam tempestive fuerint pro eo persoluite. V. P. Prior habebat qui eum alba cuculla induens post factam promissionem, adiecit: Haec cuculla dabit tibi caelum, quia bonus es filius quod et speramus.

Funeri funus jungamus. 15 Decembris Dominica die circa horam septimam obiit Ill<sup>us</sup> ac generosus Dominus D. Joannes de Plumm colonellus consiliarius belli suae Majestatis, gubernator oppidi castri,

\* Probe adactus totiusque ditionis Weerdensis. \* Qui cum sentiret, sibi vires corporis inter vite negotia et mortis diem deficere, in principio hujus anni venerat Bruellas dimissionem peroptere spatium intercedere. Sens, et alium sibi substitui, quod et obtinuit, nam Dominus Du

Bois..... mihi familiaris et cognatus, cujus pater dicti quoque oppidi fuerat gubernator, officium ejus excepit. Bruxellis existens non cunctatus 21 Februarii testamentum condidit, quo ordinavit in habitu nostro sepeliri, atque in ecclesia nostra terra mandari. Post Pascha igitur cepit domum nostram frequentare atque officialibus propositum suum manifestare, petebatque in domo reliquum vite cum duobus famulis exigere quod P. Prior propter inquietudinem que inde evenire solet non admittebat, de cetero tamen ipsi placere et satisfacere conabatur. Domino quoque Procuratori sub finem confitebatur, atque sub Missa in die Assumptionis B. Virginis communicavit, nec postea ecclesiam vix intravit. Vix panem comedit, se vino rubro sustentabat, in equitudine sua frequenter a nostris visitatur, parabat enim nobis plura largiri, præter mille et quingentos florenos nobis a principio destinatos adiecit trecentos pro lampade argentea, et redditum 25 florenorum pro oleo, ordinavit et trecentos pro epitaphio, et si quid defuit etiam pro lampade supplerent executores testamenti; dedit insuper horlogium ex cupro deaurato quod ab Ernesto archiduce acceperat valoris fere 200 florenorum, crucem cum reliquiis, que nunc servatur in sacello anteriori, et alia duo reliquiaria in modum pyramidum, non tamen argentea, curram etiam 200 fere florenorum, in summa putatur bene dedisse domui duo millia et quingentos florenos aut circiter, dicebatque nostris officialibus ut audacter acciperent sua munuscula, quia non erant de rapina collecta. Legavit præterea Patribus Capucinis, pauperibus Clarissis et aliis aliquot centenos florenorum et quæ superessent de bonis post executionem testamenti omnia voluit largiri pauperibus. Habeo copiam ejus et inferius subjiciam ob memoriam ejus quamvis in aliquibus immutatum fuisse vereor.

Cum interessemus Capitulo mane famulus Domini Ithum accurrit indicans nocte percepisse sacramenta atque in extremis agere; D. Procurator moras nectendo serius venit, jam enim animam efflaverat, sed religiosi plerique Missas pro eo celebrant, sub quibus in sinum Abbatæ abiit. Feria 4 jejuniorum Quatuor Temporum Adventus funus ad nos delatum nobili processu pompa, et quoniam detectum erat ad illud risendum frequens populus confluebat plateæ sternebantur stramine copioso etiam ambitus noster solus sumptibus non parcebatur. Comitabantur autem illud quatuor Ordines mendicantium et Begardi, et Canonici S. Gudule usque ad limites parochiæ S. Catharinæ, et petebant honestatis causa et salvo jure parochiale usque ad nostrum monasterium deducere, sed ab ipso parochus, et nobis facile concessit ut officium exequiarum et sepulture faceremus, quandoquidem jura ipsi persolvebantur integra secundum quod petebat, et aliis etiam parochiis per quas transeundum erat jura persoluta sunt, sed non multi in eis sumptibus inveniuntur. Aderant etiam aule officiales, et quidem Primarius Ill. D. Octavius Visconti, stabuli præfectus princeps Portugallie, et dux Haureus, precedebat recillum Confraternitatis Aulicæ. Chorus nigro panno ornatus. Missam cantavit P. Prior more Ordinis nec admisit quemquam ad offertorium, cum sit tamen de more patriæ, sed optimum accedebant consanguineos non habuit, qui intererent. Ad injectionem primæ glæbe super corpus statim omnes sine ordine ex ecclesia se proripuerunt nihilominus nostros prealms prosecuti sumus. Aderant etiam pueri pauperes ex parochiis S. Gudule et S. Catharinæ, qui singuli sub finem Missæ album panem receperunt. Ecce autem tibi copia testamenti:

Au nom de Dieu. Amen. Soit notoire et manifeste à un chacun, que ce jourd'hui 22 du mois de fevrier, l'an de la Nativité de nostre Seigneur Jesus Christ mil six cent trente par devant moy Michel Maurisson Heralde et Roy d'armes de Sa Majesté Catholique de



son pais et Comte de Flandres en qualite de Notaire et Notaire public par le Conseil privé de Sa Majesté et celui ordonné en Brabant respectivement admis et approuvé resident à Bruxelles et les sermoings cy apres nommez, comparut Messire Jean de Heurne colonel, et du Conseil de guerre de Sa Majesté, et son Gouverneur de la ville et chasteau du pais de Weerd, resident presentement en cette ville de Bruxelles par la grace de Dieu raisonablement disposé de corps et sain de son entendement et memoire, lequel considerant la fragilité de la nature humaine subjecte a une infinité d'accidens mutations et miseres inevitables et finalement à la mort, de laquelle il ny a rien si certain, et rien plus incertain qual heure dicelle. Ne voulant cependant deceder de ceste vallée de miseres sans preallablement dispose de ses biens temporels qu'il a pleu à Dieu nostre souverain Seigneur luy prestee en ce monde. Apres tant en la meilleure forme et maniere qu'il pouvoit faire et ordonne son testament et ordonnance de dernière volonté comme sensuit voulant et requirant que ceste presente disposition apres son trespass sorte son plain et entiere effect en tous ses poincts soit par forme de testament, codicil donation entre vifs ou autrement, jasoit que toute les solemnitez de droit requises n'ay soient entretenus ny observez nonobstant aucuns droictz, privilege, usances ou coustumes à ce contraires ausquelz ledict Testateur à derogué et derogue par ceste. Premièrement, a recommandé son ame quand de son corps partira a la misericorde infinie de Dieu nostre Createur et Redempteur Jesus Christ, à la benoiste Vierge Marie, et à toute la courte celeste, et son corps à la terre sainte, quil desir estre enterré en habit de Chartreux au cloistre desdicts Chartreux en cette ville de Bruxelles en leur laissant la somme de mil cinqe cent florins pour prier Dieu pour le salut de son ame à condition que hors ladicte somme seront par les execu-

Credo nos  
summarie  
gram recepisse.

Aours de son testament cy denoubs denommez employez deux cent florins pour  
 y faire un epitaphe avec l'inscription de son nom tel que sensuyt: Toy  
 gist le colonel Jehan de Sturm en son vivant du Conseil de guerre de Sa  
 Majeste' et son Gouverneur des villes et chasteau du pais de Woerd. Et  
 disposant ledit Testateur de ses autres biens, il a laisse' et legue' a la sœur  
 de Messire Ambroise Van Onckle Chbr. Conseiller et Receveur general des  
 finances de Sa Majeste' Abbesse de certain cloistre à Louvain la somme  
 de mil florins au profit d'iceluy cloistre, et audit sœur Van Onckle laisse  
 et legue pour une souvenance certaine medaille de Son Abbeze le Prince  
 de Siege trespassé avec quatre diamants. Et a Madame sa compaigne  
 donne et laisse un tour de chaîne d'or façon d'Espagne avec une  
 croix d'or emaillee' pleine de reliques. Item a ledit Testateur legue'  
 et laisse' legue et laisse' à Mess<sup>r</sup> Octavio Visconti Comte de Gamalerio  
 Chbr. de l'ordre de <sup>la</sup> Anison d'or, grand Escuyer de Son Abbeze la  
 Gem<sup>me</sup> Infante un beau diamant ayant pour le moins neuf ou dix  
 grains, et a Madame la Comtesse sa compaigne donne et laisse un  
 petit carquant de perles rubis et diamans pour une memoire.  
 Item donne et laisse aux pauvres Espagnols de ceste ville de  
 Bruxelles la somme de mil florins un fois afin de prier Dieu pour  
 son ame. Item laisse à l'hospital de S. Jean cinq cens florins  
 un fois pour avoir commemoration de son ame, et aux pauvres Cla-  
 rines pres des Bequinage mille florins une fois afin de prier Dieu  
 pour le refuge de son ame. Item a ledit Testateur laisse la  
 somme de mil florins pour apres son trespas estre distribuez  
 tant à 24 pauvres portans berge ou drap de deuil avec flambeaux  
 qu'àux pauvres necessiteux et indigens. Item a ledit Testateur vou-  
 lus et ordonne qu'apres sondit decé tous ses serviteurs, servante et  
 gouvernante seront entierement payez de leurs gages, qui leur son deux,  
 et outre ce qu'à chacun d'eux soit livre' un habit de deuil, et  
 par dessus leurs dits gages à chacun donne' 12 pattacons, et a ladite

gouvernante cent patacoens en recompense de ses bons et fidels services. Item  
 a ledit Testateur laisse et leguë pour une souvenance a damoyelle de  
 la Haute residente a Louvain la somme de cent florins et sa  
 peinture et celle de sa femme, et a damoyelle Vriicht demeu-  
 rant avec Madame Vander Skaten sa belle-sœur a laisse la somme  
 de deux cens florins. Tous lesquels legatz se prendront et trouveront  
 hors d'une rente de quatre cens florins par an que ledit Testateur  
 leve sur le mont de pieté en ceste ville de Brusselle laquelle  
 rente se pourra rendre et transporter pour accomplir lesditz le-  
 gatz, ou bien lesditz executeurs testamentaires en pourront ac-  
 corder et accommoder lesdites legataires et si ladite rente n'est  
 bastante pour l'accomplissement desditz legatz la courtresse se  
 prendra hors les denieres à proceder de la vente de ses meubles.  
 Item a ledit Testateur donne' et leguë, donne et legue par ceste  
 à ladite Dame Vander Skaten un beau reliquaire d'or à la  
 façon d'Espagne rempli de plusieurs reliques, et à Madame  
 Gerandin sa sœur a donne' aussi un reliquaire d'or avec des re-  
 liques. Item à Damoyelle Carondelet chanoinesse doyenese  
 de Munster Velgen pres de Maastricht a laisse une petite  
 chaine d'or, quil port sur son corps passe longues années rem-  
 plie de beaucoup de reliques voulant et donnant ledit Testateur  
 qu'après son despas tous ses meubles ensemble deux petit rentes  
 specifiez par certain inventaire qui se trouvera saient rendus  
 par cesditz executeurs. En estans tous lesditz legatz et debtes  
 payez vault que tout le residu sera par iceux executeurs em-  
 ployé aux pauvres et distribué ainsi quil trouveront convenir, etc.

Cartusiani Lovanienses etiam bonum testamentum hoc anno  
 perceperunt. Nam D. Catharina Van Haecht legavit ei septem  
 jugera terre ex quorum venditione habuerunt sex millia et  
 80 florenos, eo quod vir ejus D. Joannes Maes secundarius Consul

Lovanensis apud Cartusianos soleret frequentare divinum officium, etsi liberatus fuisset vinculo matrimonii habitum ibidem accepisset. Habebat dicta Matrona congruam profectum domus Lovanensis nunc Procuratorem Brugensem quem cum viro enutrierant, et educaverant, qui domui dedit 100 florenas.

Antiphonarium abbreviatum pro Ordine Cartusensi impressum est Lugduni expensis Majoris Cartusiae apud Claudium Craine anno 1630 cujus exemplaria aliquot retulit nobis V. Prior.

19 Decembris obiit D. Didacus Guelhar professor domus de Miraflores Prior domus de Coris et Visitator provinciae Castellae, alias Prior domorum de Xiricio et de Amiago.

Hoc anno Carolus Emanuel Sabaudiae Dux vivere desiit. Is Bipaliam Amadei Sabaudiae Ducis (qui se postea pro Pontifice gerit) recessu nobilem, ad lacum Lemanium amenissimo loco sitam Cartusianis incedendam dedit.

9 aut 19 Octobris obiit Comes Joannes Jacobus d'Anholt eques auri celleris et vice generalis exercitus catholici fœderis in Germania.

Decretum consistoriale S. D. N. Urbani divina providentia Papae VIII de Titulis S. R. E. Cardinalium die 10 Junii in Consistorio secreto.

Beatissime Pater fuit facta per S. Cardinalem Piim relatio decreti S. Congregationis Cerimoniarum S. R. E. Cardinalium ut infra. Sacra Congregatio Cerimoniarum S. R. E. Cardinalium censuit, si Sanctitati Vestrae placuerit loco Titulorum Ill<sup>mi</sup> et dominationis vestrae Ill<sup>me</sup> quibus hactenus usi sunt Cardinales, titulos Eminentissimi et Vestrae Eminentiae una cum antiquo titulo Reverendissimi in partem esse debere proprios et peculiares Cardinalitiae dignitatis. Ita ut praefati tituli Eminentissimi et Eminentiae a nemine praeterquam ab ecclesiasticis Romani Imperii electoribus ac Magistro Hospitalis Hierosolymitani usurpari possint, aut alibi attribui, eorundemque titulos ab omnibus et singulis Cardinalibus praesentibus et futuris omnino assumi, illisque inter se tam voce quam scripto perpetuo

\* Sub finem  
mensis Julii 28.

uti debere. Quod si contigerit aliquem cujuscumque dignitatis gradus et conditionis (imperatore ac regibus exceptis) hujusmodi titulos alicui Cardinalium non tribuere, Cardinalis ille nullatenus cum eo coram agat, nec ejus litteras quoquo modo recipiat, etc.

Dua relatione habita S. S. N. per hæc verba, quid vobis videtur? Omnium S. S. Cardinalium exquisivit suffragia, et singulorum auditis sententiis non solum unanimiter consentientibus, verum etiam instantissime deprecantibus ac S. Sanctitati supplicantibus, ut hujusmodi decretum et omnia in eo contenta approbaret, neque probata per suum Consistoriale decretum cum auctoritate imprimendi, ut sequitur, decrevit. Petitionibus vestris ammentes proposita nobis per vos omnia admittimus et approbamus, et desuper litteras etiam in forma Brevis cum clausuris opportunis et necessariis concedimus et expediri mandamus cum auctoritate imprimendi. In nomine, etc.

Turbulentus et infelix annus pro majori parte.

Anno 1631, prima januarii fuit publicata pax inter regem catholicum et regem magnæ Britanniæ, qua confirmantur prioris pacis articuli, qui commercium incolarum utriusque regni concernunt, nam rex Britanniæ liberum sibi esse voluit quoscumque vellet adjuvare, excitati nihilominus ignes triumphales, et alia lætitiæ publicæ signa edita.

Ill<sup>mus</sup> Nuntius apostolicus, ut supra dixi, confitebatur S. Procuratori qui ob negotia domus iverat Valencenas nec ad hunc diem festum reversus, quare misit Nuntius pro alio religioso, cuius mandatum non poterat sperni, absente igitur P. Priore, P. Vicarius misit D. Joannem Bitterswoyck sacristam, non sine invidia seniorum, aut ambitione juniorum. Nobiscum in refectorio comedit honestus civis Ghysels qui ecclesiam nostram frequentat et habet fratrem in Bedine, et Conventui vinum propinavit.

8 januarii Guilielmus Comes de Nassau frustra tentat Rinsbergam quam presidium adhuc regium tenet.

9 januarii ex Francia appulit ad hanc civitatem Ill<sup>mus</sup> et Eminentissimus D. Joannes Franciscus ex Comitibus Guidis a Balneo episcopus Cerdensis gallico cardinalitio ornatus qui perfunctus legatione apud christianissimum regem Roman rediturus voluit prius salutare Ser<sup>enissimam</sup> Infantem, et Belgas invisere apud quos etiam Nuntia munere functus fuerat cum multa laude, de quo Fredericus de Marselaer in suo legato scribit: gratissima Belgium legatione ornat. et jurat, cujus vita, vivendi forma et exemplar; mores, virtutum regule, omnis decoris insignia sunt. Fidens dico, nec est, quod assentari. Velim (nolo, nescio, non debet) Roma, non alios lega, elige. Erit quod serant. Ades, tu metas, Ecclesie militantis magno bono, triumphantis ingenti júbilo, et tunc etiam nostram Cartusiam frequentabat. Et cum D. Richardus comprofessus noster tunc Dux Fylse salutaret illum, dixit se fuisse etiam in Majori Cartusia cum ex Pedemontio revertetur cum rege Francie atque se exceptum a R.P. Justo Perot, R.P. Brunone d'Affingues decumbente.

Frater Henricus Conversus Hortulanus incepit excindere arbores plantatas a precedentibus officialibus in horto intra ambitum intentione ne inde fieret pomarium sicut in plerisque domibus Ordinis et progressurus ulterius fuisset; nec uni pepercisset nisi Conventus obtulisset, nec erat, ex sententia P. Prioris ut sol. arbores extirparentur.

Fur quidam viso pretore cum satellitibus pannatico metu correptus, maximo cursu, cum de ipso ne quidem cogitarent, per Sennam fluvium in domum nostram confugit, nihilominus pretor cum suis satellitibus intravit domum supplicans V. Priori licentiam videndi fugitivum, nihil intendens contra nostra privilegia fatere, ipso igitur viso, recessit cum suis; reus autem absconderat se.

Pretor seu Ammannis domus nostre amicus excusari poterat, quod citra veniam aut scitum P. Prioris fur in domum transcurrisset, et domestici mixti satellitibus illum ubique scrutabantur, tamen ut dixi, indecorum erat videre satellites cum strepitu armorum per ambitum et domum discurre.

in parvo claustro inter aliquas periticas et praetor quidem petebat eum non ut abstraheret, sed tantum ut videret, egregius alioquin adulescens erat et satis honeste vestitus. Hinc P. Prior sumpsit occasionem ut perficeret munus etiam secus Zenam fluvium.

Circa principium Februarii Patres commissarii Prior Cornacensis et Prior Valencenarum deputati a R. Patre ierunt Lovanium pro cognoscenda lite quam habebant cum novella plantatione Antuerpiensi cui Prior noster et Visitator assignaverat redditum Namurcensem 400 florenorum pecuniis quidem domus Ultrajectinae emptum sub nomine Cartusiae Lovaniensis cui et datum fuisse contendebant Conventuales. Visitator autem informatus ab eo qui emerat dicebat esse revocabilem ad beneplacitum R. Patris, Conventuales rursus dicebant istius conditionis nullam factam mentionem in litteris et pacificam hactenus possessionem allegabant. Eux controversia non parum exercuit et superiores et Conventuales, quae etiam coram seculari nec uno Tribunali ventilata fuit, donec tandem Conventuales pacis causa rem composuissent cum R. Patre Generali, ut haberent medietatem, etc.

Anni huius rova hiems in Germania belli progressum non impeditit; Germaniae frigora aspernantibus Suecis, qui frigidiori celo assueti intendentissimum gelu minime sentiebant, maxime quod Gustavus rex pelliceas ingenti numero vestes ex Lippia adferendas curaverat jactabatque se plus hieme quam aestate praestiturum. Januario itaque mense ineunte Hétino digressus Griffenhayam obsedit, et a Cesareano presidio vacuam relictam obtinuit deinde Ghercium, denique tota Borussia Pomerania et nova Marchia usque ad Viadrum et Barthum fluvios Suecis cesserunt.

Lilius Francfortum ad Viadrum (nunc Oderam) et Lanspergam muniri ac comiteatu instrui fuit.

Gustavus interim suas copias in nova marchia habebat; cumque Beerbalde suis in statuis ageret cum Hercule Charnacco Ludovici XIII Francorum regis Legato

Art. 2. Le Roy promet aussi de contribuer tous les ans pour l'entretien de ladite armée 4 cens mille escus.

factum ad quinquemium imit pro communibus sociis suendis, atque imperii ordinibus in pristinam (vel loquebantur libertatem restituendis. Ad que prestanda ipse triginta peditum et sex equitum millia suis alere sumptibus teneretur: Francus vero ingentem pecunie vim numeraret; hoc tanto (quod minime servatum fuit) ne catholicis aliquid detrimenti fieret. Sic

Sueco vires in dies accrescebant: rursusque palam Gallus, Britannus, Batavi, Dux Pomeranie et elector Brandeburgicus ejus partibus accesserant.

Batavi 50 florenorum millia in singulis mensibus Sueco numeraturos pollicebantur.

Quae res non tantum Principes Christianos sed et praelatos Ecclesiae sollicitos reddidit: hinc archiepiscopus noster Mechliniensis convocavit primarios cleri et Ordinum Superiores, et polixa oratione edocuit in quanto periculo Christiana religio versaretur, cum ab eis qui Christiani nomine insignantur, etiam persecutionem pateretur, postularitque ut unusquisque quantum facultas pateretur tribueret in subsidium, neque alia licentia ulterius pretenda, cum Ser<sup>ma</sup> Infans pro omnibus responderet. Et antequam P. Prior ad palatium archiepiscopi se conferret scivit negotium esse pro subsidio belli. Tribuimus igitur ad alendos milites singulis mensibus 50 vel 60 florenos, et cum subsidio haec duraret 10 menses circiter summa fuit 500 florenorum domus Lovaniensis ducentos dedit, Antuerpiensis novella centum.

Magistratus secularis insuper petit capitale tributum pro Duce 75 florenos et pro unoquoque religioso et famulo unum. De dicto federe regis Galliae cum rege Sueciae quidam sic docte scripsit.

Ab aquilone panderetur omne malum. Reviviscunt in uno Gothorum et Vandalorum rege (quem nunc Suecia vocant) Alanici et Genserici, qui rursus imperium et Ecclesiam Dei miserrime diripiunt, deformant, lacerant; non illi quidem a Ruffino et Eudocia exciti; qui ambo postea hujus evocationis penas ultori Numini justis-



simas dederunt, sed (quis credat?) a Gallia christianissima animati  
 facto federe cum mortalium furiosissimo et impiissimo, consilio  
 pecunia, armis adjuti: et quæ est aominatio desolationis (qui legit  
 intelligat) præcipuus Pater patriatus federis hujus Wandalici stat  
 in loco sancto, uno solum gradu supremo inferior, Suevicorum bel-  
 lorum auctor classicum canit e templi pinnaculo sacra pur-  
 pura conspicuus. Sivi Bernardi verba sunt hæc, quæ subjungo

S. Bernard. serm. defensis quorundam ecclesiasticos sui temporis. Si insurgeret, apertus,  
 35 in Cant.

inimicus mitteretur foras et arceret: nunc vero Ecclesia quem eji-  
 ciet, aut quo abscondet se? Olim predictum est, et nunc tem-  
 pus adimplentis advenit: ecce in pace amaritudo mea amarissima,  
 amara in nece martirum, amarior in conflictu hereticorum, ama-  
 rissima in moribus domesticorum, qui Suecum, qui Saxonem, qui  
 Brandeburgicum, qui alios hereticorum. Principes in catholicissimum  
 imperatorem ciunt, licet religionissimo principi (quod nec he-  
 retici nec catholici, nec amphitibi negare possunt si maxime velint),  
 nihil fuerit antiquius a 19 annis quibus Romanum imperium  
 capessint, quam imperium imperio, clero bona ecclesiastica et  
 Ecclesiam Christo Sponso vindicaret. Et vero jam maxima ex  
 parte in tota fere Germania vindicaverat, jam receperat vel  
 extorserat a Calvinianis a Lutheranis sacrarum opum prædato-  
 ribus auri milliones in annuos redditus, quos male fidei possesso-  
 res Ecclesie rapuerant. Jam in locis et urbibus prope innumeris  
 restituerat ritus ecclesiasticos antiquos suo splendori et pietati  
 episcopos suis sedibus, omnium Ordinum religiosos suis canonibus,  
 orthodoxam fidem suæ auctoritati, et innumerabiles animas Deo:  
 jam veteres Academiæ sane doctrine reddiderat, plurimæque de  
 novo erexerat advocatis undequaque religione et scientia conspi-  
 cuis professoribus. Mirabatur Germania se a paucis annis a  
 Ferdinando in melius mutatam, sperabatque si res eo quo

ceperat pede procederet se intra breve tempus sine concessuram esse in religionis integritate regionibus maxime catholicis. Cum ecce sibi Saxo Brandenburgicus, Magdeburgum, et quaedam aliae civitates et reguli renuentes vomitu remitti bona ecclesiastica quae sacrilege devoraverant. Abaddon Apocalypticum hoc est omnia disperdentem succum advocant. Causas alias praetextunt perditum imperium et oppugnare libertatis, ut Galliam sibi quoque federent et adjungant, quas causas Gallia avidè arripuit si non obtulit ut eisdem sibi federaret, et adjungeret.

Hic solum defleo natas ex illo federe Franco-Graeco innumerabiles Ecclesiae calamitates, deploro plurimis rursus in locis horrenda sacrilegia, ecclesiasticorum proscriptiones et exilia, catholicarum Academicarum vastitates, cenobiorum solitudines, et depredationes mortales, heresis triumphos catholicae Ecclesiae statum miserimum si

Nota ad rem. Sane stare et consistere potest in regno haereses, et quamvis dicat Gallus diserte in tabulis foederis cautum esse a rege christianissimo catholicae religioni, quam tenetur Graecus sursum sectam et inviolatam custodire, eodemque statu relinquere quo illam reperit in urbibus quas cepit. Verum putantne vel inter gregarios et proletarios catholicos quemquam fuisse qui consuerit recte deponi catholicam religionem in victoriae haeretici ac Graeci Deo perfidi fide? Sic notus Ulixes? Equis res haeretici haeresim deposuit in fide regis catholici? Numquid imperator gentilis aram Christi levavit? dicebat D. Ambrosius Valentino imperatori cum Symmachus instaret pro restituendis ethnicorum templis et aris dum ea quae fuerunt repositum, exemplo sui admonent quantum christiani imperatores religioni quam sequuntur debeant deferre reverentiae, quando gentiles suis superstitionibus omnia detulerunt.

Misera tempora, sed longe miserabiliora nisi in suam etatem incidissent, Ferdinando imperator augustissime, qui ob id solum

bello impetere ab hereticis, quod divini Numinis cultum, Aemula, sacra,  
 aras, bona restituenda susceperis, et re ipsa innumeris locis restau-  
 raveris, alta pace nunc futurus nisi fuisses religionis quam  
 tua quietis sollicitior. Quae dum animo replico licet fores ad  
 extrema omnia redactus, ego Ae Amen malim in eo statu  
 videre, ac longe melius sperarem de angustis et sanctae tuae  
 domus firmitate, majestate et gloria, perennitate quam si fe-  
 deratus cum impiis contra catholicos novas quotidie sed Ecclesiae  
 lucuosas victorias reportares, praeclearis praemia Domini. Quis resistet  
 ei et pacem habuit?

Gustavus Deminum oppidum 4 Calendas Martii expugnat  
 et Colberga ad mare Balticum sita in manus Suecorum venit  
 mense Martio. Cillius sub signis habebat viginti militum  
 millia, trahabatque secum 26 hormenta, quo cum apparatu  
 retus Brandeburgum, Rappinum, Felsbergam et novum  
 Brandeburgum expugnavit, et cum se in Pomeraniam irrum-  
 pere non posse cognovit Magdeburgum ad inchoatam ob-  
 sionem proseguendam rediit. Inter haec Gustavus 5 Idus Aprilis  
 Francfurtum ad Oderam pervenit, quam urbem Sueci vi  
 invaserunt ac spoliarunt, quo exemplo Aeriti nostri qui Lans-  
 pergam tenebant, pridie Calendas Maii deditione facta Gie-  
 gorium se transtulerunt.

20 Maii Cillius una cum Rapenheimio Magdeburgum vi es-  
 pugnat et incendit. Ex templis in cinerem sex redacta quorum

Sub idem tempus protestantes Germaniae principes comitia Lip-  
 siae habebant, et de solvenda Magdeburgi obsidione inter se con-  
 sultabant. Ad hos Gustavus litteras dedit, quibus victorias suas  
 extollebat, et suadebat ut vires et arma contra Caesarem conjungerent.  
 Communibus itaque suffragiis decretum est arma non solum pro  
 Magdeburgensibus sed pro libertate Germaniae universae capessenda et cum  
 Sueco transigendum esse quod et per legatos praestitum fuit. Et scriptis  
 ad imperatorem litteris 18 Martii vehementissime contra edictum anni 1629 quo ecclesia  
 optica bona restitui jubebantur protestati sunt.

aliqua plumbo S. Joanni dicatum cupro secta erant; putantur ad septem milia cinium perisse. Ipse Cellius 22 Maii in urbem venit et mox basilicam metropolitanam que serrata erat una cum canobio Mevano. Romanensis Ordinis, purgari iussit: in quo post centesimum decimum fere annum ejusdem mandato catholico iterum ritus sacra sunt celebrata, omniaque Armenta in letitia signum explora.

Repetamus nostratium et domestica gesta; fere ubique omnia turbabantur nec Leodii res quiete erant, nam circa hoc verum tempus populari seditione aedes Romae D. Decani utriusque pretoris ac cujusdam mercatoris spoliatae fuerunt et 18 Martii quidam capitaneus qui pro imperatore milites conscribat, cum insolentius ageret commovit populares nebulones, qui plagis improbitis viam per plateas traxerunt atque in domo chirurgi brevi post expiravit.

Indulgentiam plenariam obtinuit Ser<sup>ma</sup> Infans his qui pro patria orarent.

In festo Annuntiationis B. Mariae decem aut undecim Missae celebratae fuerunt in Schuet, et Maria Vander Pelon Bequina filia quondam hortulani nostri (quando domus fuit combusta) dedit pulchrum antependium ex serico, et duo parva altaria ad ornatum cum imaginibus ex alabastrite. Pastor Anderlactensis hora undecima concionatus est quamvis adesset minoritas, raris auctoritate sua, solem, ni fallor, nostri ab eo licentiam petere, qui putavit se inde requisitum, aut ad se pertinere dare vel negare licentiam. Etiam Dominica sequenti in sacello ad portam quidam sacerdos celebravit, et post Missam adjecit verba facere ad populum, consulto saltem laico domus quoniam adhuc erant octavae sollemnitatis, et haec fuit prima concio, sed pauciaderant quoniam hora prandii erat.

Ill<sup>us</sup> Nuntius apostolicus hoc anno sicut precedenti Missam privatam celebravit hora octava in dicto sacello, et semper

veniret si nostri adjuvent.

Marchio J. Crucis ex Insubria veniens Bruxellam 21 Aprilis in-  
trat, regio exercitui in Belgio praefuturus. Joannes autem Cones  
de Passau institutus est generalis praefectus equitum, et Baro de  
Balanson Brede gubernator praefectus tormentorum.

3 Maii duo fratres Hispani, Germani D. Chrysostomi Hen-  
riques historiographi Ordinis Circaeensis occisi fuerunt a Sumen-  
lentis Belgis quos intempestive iriserant.

8 Maii Dominus Joseph Vanden Leone posuit primum lapi-  
dem pro aedificanda cella, quam promiserat in professione  
D. Anthelmi Vander Zanden et est secunda in ambitu occi-  
dentali quae nunc notatur littera G dedit cementariis 3 florenos.

Idem Dominus comparavit nobis omnes Tomos S. Augustini  
ad instantiam dicti D. Anthelmi.

6 Maii in sacello de Schuet celebravit primitias suas D. Car-  
pentier Theologus filius civis Bruxellensis, ab amicis qui in-  
tererant collegit frater Joannes 6 florenos pro ornatu sacelli.

Honestus juvenis filius civis et mercatoris panni lancei  
Bruxellis dicti Moeterman ivit pedes ad Sijlvam S. Martini ut  
visitaret sacellum S. Hugonis episcopi Lincolnensis pro  
patre apoplexia facto qui inde sensit levamen, et incepit  
membra affecta movere et ambulare, sed ipse peregrinus brevi  
post obiit absoluta lite quam habebat cum vidua Lovaniensi,  
quae dicebat sibi matrimonii fidem promississe.

D. Georgius Fazelius Prior domus in Morbach professor et  
alias Prior domus Batisbonae nec non Visitator Alemanniae su-  
perioris obiit 26 Februarii.

D. Cimotheus Paraphus professor et alias Prior domus Papiae,  
Mediolani et Bononiae Visitator Lombardiae et Eusciae.

D. Cimotheus Prior domus Paduae et alias Veneticarum.

D. Franciscus Varques Prior de Fontibus et alias domus Majoricarum habuit plenum monachatum.

D. Cyprianus Magnerus professor et Procurator domus Papie alias Prior Regis brachii.

D. Josephus Calanches professor Cartusie Prior domus Vallis S. Hugonis.

D. Dionysius Rubens professor et Prior domus Neapolis et alias Clairmontis.

D. Guillelmus Osanna professor et Prior domus Mantue.

D. Ludovicus de Baymont professor et antiquior domus Parisiensis alias Prior domus Vallis profunde, Passerille, S. Crucis et Lugdunensis et Vicarius Salarum qui ultra 66 annos laudabiliter vixit in Ordine.

D. Desiderius Grillo professor domus Parisiensis alias Prior domus Passerille qui 58 annos vixit in Ordine.

D. Cornelius le Roux professor et antiquior imo ultimus domus monachorum Brugis. Sed preparantur habitacula pro novis colonis.

Hoc anno ad meliorem vitam transiit D. Josephus Capon Insulensis filius quondam ditissimi civis Danielis Capon, professor domus Capelle, de cuius obitu sic michi scripsit D. Ludovicus Boulart. Quoad D. Josephum Capon notum est illud B. Augustini: Non potest male mori qui bene vixit, quod et in illo manifestissime adimpletum est. Tribus aut quatuor diebus ante mortem ad se plane reversus est, et sicut in vita religiosissimus fuit, ita et in fine ad extremum usque spiritum susceptis omnibus mira devotione et favore Ecclesie sacramentis talis permansit. Ante ingressum Ordinis vocatus fuit Joannes, et non solum humanioribus litteris sed philosophicæ operam dedit Lovanii atque etiam magisterii gradum ibidem adeptus est nec non Theologicæ studia extremis labiis degustavit. Contemptis divitiis et facultatibus quæ amplissimæ erant in domo Capelle Crdi-

nis nostri receptus fuit, cum frustra Lovanii locum petisset, et  
 ita vivit ut omnibus admirationi fuerit, nihil illo castius, fer-  
 ventius, humiliter, obedientius ac perfectius vidimus. Nunquam ver-  
 bum inutile a professionis suae die protulit, sed semper de Deo  
 rebusque piis loquebatur, et hoc cum tanto fervore, ut lacry-  
 mas ex propriis oculis aliorumque eliceret, nunquam silentium  
 fregit, divinis ita intentus fuit orando, meditando, legendo, ut  
 P. Prior coactus fuerit ei officium subsacristae injungere sem-  
 perque ecclesiam, sacella, parvum claustrum solus verrabat,  
 iisque nihil obstantibus religionis simul laborantibus vocatus sem-  
 per aderat, et pene ultra vires illis operam suam impendebat,  
 sed absque ulla colloquutione, nisi forte de spiritualibus sermo  
 occurrisset, nunquam visus est, iratus vel in minimo adversus  
 aliquem commotus, injuriis et contumeliis apprimè delectabatur,  
 Deumque rogabat, ut similia posset sepiissime pati, et quod  
 mirabilis est, non turbabatur etiam vim passus unde pie  
 credo illam simplicitatem suique ipsius impotentiam, quam  
 tribus aut, quatuor tantum mensibus ante mortem pertulit,  
 a Deo ipso assidue precibus opprobria perpeti, ac plane con-  
 temni petente fuisse immissam. Sed meo iudicio non errant  
 qui dicunt, ex nimia animi intentione hanc cerebri lesionem  
 incurrisse, et denique morte occubuisse, maxime dum offi-  
 cium subsacristae exerceret, nimiam sollicitus ut Conventum exci-  
 taret non dormiebat, saltem secure, quod autem caret, alterna  
 quie durabile non est. Ad hoc enim servit somnus ut vires  
 laboribus mentis et corporis antea fatigatae somno recreentur, et  
 spiritus consumpti reparentur, lenius est illud quod item dicitur  
 quia ferialibus diebus partem templi vel ambitus verrabat, par-  
 vulis seopis et setis porcorum confectis cum magna capitis incli-  
 natione: sed ut dixi ipsius fervor et assidua animi intentio suf-

Bertrandus Kale  
clericus Vindis  
Vallis

fixebat ad exhauriendas vires que adhuc non tranquillo aut sufficienti somno reparabantur sicut quidam dicit quod unus spiritus septem corpora destitueret. Ex dicta mentis alienatione Ardeciim et amplius diebus permansit absque cibo et potu, quare Superiores destitunt illi famulum qui illum custodiret atque coram ipso comederet et sic invitaret ad esum, cum quo servabat silentium, et non sumpsit panem nisi ad olefaciendum, hora mortis appropinquante plenos recuperavit sensus et petiit sibi administrari sacramenta, quae cum negaret, P. Prior ex eo quod non obediret illi cibos sumendo, dicit paratum esse in omnibus obedire quantum possibile esset, et tentavit comedere sed non potuit deglutire, sed jam mentus erant, interclusi et tandem in pace quiescit adhuc juvenis. D. P. Aulus Saems Prior suscepit eum ad Ordinem, et diu eum recit et habebat eum pro viro vere sancto et perfecto sicut et alii multi septem plus minus annis potuit vivere in Ordine.

In carta hujus anni 1631 denuntiantur obisse 94 monachi, 33 Conversi, 16 Donati, 3 Moniales: 146 persone.

Obiit item Ill<sup>l</sup>mus D. D. Alphonsus Villapando Cesaraugustanus fundator nove domus sub nomine Conceptionis B. Mariæ in regno Aragonum mense Novembri ineunte.

Magnificus S. Antonius Malo civis Lugdunensis magnus amicus Ordinis ad eum dirigebantur epistole, qui eas ad Cartusiam destinabat habuit plenum monachatum.

In hac carta R. P. S. Bruno d'Affringues Prior Cartusie venit absolutus Patres diffinitores usi sunt stilo et calamo S. Prioris Papiensis atque sic aiunt.

R. Patri jam 16 mensibus destitutione virium et modo etiam animi facultatum ex apoplexia et paralyxi laboranti nec humana ratione ex medicorum attestatione illius valetudinis ulla spe affulgente fit misericordia. Quod quamvis non sine maxima et communi omnium doloris sensu fiat, quippe quibus occurrunt



ipsius maxima in Ordinem nostrum merita et beneficia, graves et moleste curæ, laboresque innumeri pro communi bono per 32 annos suscepti seseque offerant tanti tanque insignis viri prudentia, qua mansuetudinem et observantia zelum ita copulavit, ut nullum ejus aut correctio deficeret, aut benignitas elevaret; scientia etiam, qua nihil nescire voluit, experientia, qua nullo negotio occurrentibus difficultatibus semper providit, præter ceteras animi dotes, quæ potius dicendo possunt extenuari, quam pro dignitate aut veritate enumerari; memores tamen tum ardentissimi illius desiderii quo in omnibus Comitibus in publico diffinitorio a tanto onere sollevari exoptabat, quod si modo plene sui compos. esset, faceret etiam instantius, cum communi bono prospicientes ne et hæc domus fere orbata pastore, et totus Ordo sine capite maneret, necessitate compulsi unanimi consensu Patres Diffinitores ad hoc devenire statuerunt. Et præficimus in Priorem domus Cartusie D. Justum Perrot, scribam Capituli generalis unanimi omnium Diffinitorum consensu electum, cui B. Patrem ex-Priorem Cartusie evixie commendamus, ut eam caritatem quam adhuc usque ei exhibuit potius accipiat, quam minuat, factorus rem gratissimam tam huic domui quam toti Ordini.

Priori domus Sylve S. Martini non fit misericordia, et D. Bruno Vanterede ibidem Procurator vadat ad domum novæ plantationis Antuerpiensis.

Priori domus Leodiensis non fit misericordia, et committimus Patribus Visitatoribus ut componant et decernant sumptus quos præterdit a Priore domus Capelle pro D. Servatio professore domus Ruremundensis anno præterito ex intentione Patrum Diffinitorum compensatos cum sumptibus quos domus Ruremundensis supportavit ratione D. Frederici

Priori domus Bruxellarum non fit misericordia, et S. Agidius (Blitterswijck) vadit ad domum Sylve S. Martini, et ibidem exerceat officium Procuratoris jam tertio ad id officium promotus et nunc ad instantiam D. Richardi Prioris confessi nostri.

Priori domus Loranii (S. Gisberto Bauhusio) ad suam magnam instantiam fit misericordia, et praefimus in Priorem dicte domus S. P. Christophorum professum et Vicarium ejusdem domus, et Prior absolutus exerceat officium Vicarii.

Priori novae plantationis in civitate Antuerpiensi non fit misericordia, et S. Judocus (Ghindertalen) ibidem Procurator vadit ad domum monachorum Brugis Casa Capituli 70 scuta 50 sol. aucta est hoc anno 22 scutis, nam prioris anni nisi erat 58. Vicarius Curusie Sebastianus Lotaves.

Circa festum S. Joannis Baptiste recessit a nobis Joannes Coulen famulus Culinae, qui dicitur se non posse sufferre labores, qui 9 Septembriis rediit in id idem receptus propter suam fidelitatem et industriam qui tamen ad habitum Ordinis non pervenit.

In ejus locum receperamus alium juvenem, qui inserverat consiliario Hertogh Joannem Nicolai, qui nunc cocus est, sed reverso altero Joanne hunc sartoris munus injunxit Procurator, allegato seculari, qui deprehensus fuerat in furto secum auferens partem panni, cum fidelissimus haberetur.

22 Februarii Bruxellas appulerat Dux Vindocinensis notus <sup>Venera cum filio Henrici IV regis Francia, et honorifice susceptus atque ad colloquium suo primogenito.</sup> Rex <sup>ma</sup> Principis admimus postea in Hollandiam se contulit cum Hispanos praebaturus.

Similiter sub finem Maii hac transivit Dominus Ledamus dictus Dux Bulloniensis qui et supplicationem dedicationis Bruxellensis spectavit. Et nostri principes permittunt transitum, quamdiu non se declarant inimicos, sed postquam arma tulerunt contra nos

petierunt Bruxellas rursus venire, et loquerentur regiina matri quod eis negatum fuisse intellexi.

Eraxerat Princeps Auriacus cum exercitu triginta millium in Flandriam, atque in Erico Berchoutano sequimilliani ab urbe Brugensi consistebat: ipsam urbem, ut pro se ferre videbatur oppugnaturus: ubi vero accepit militem regium ad quinque millia a Magistratu et civibus (præter quam crediderat) inthomissum esse; ad hæc Ganta crucium, Arthonæque Marchiones, Comitem Joannem Nassovium, D. Christophorum de Columna et fratrem Lelium Brancaccium cum copiis regis ab Isabella Principe missos ubi suppetias advenire suis receptui carere jussis visdum urbe conspecta tertio postquam advenerat die, qui quartus erat junii. In hujus rei monumentum est duplex chronographicum.

Henr 1CVs Nassovius VenDit BrVgas

pr 1Ma J Vn 1

se CVn Da Ven 14, sexta VIDIT

qVarta J Vg 14

Innomata Henrici Principis Auriaci in Flandriam expeditio.

Ven 14 VIDIT J Vg 14

CeV host 14 BrVga M Heros

Henr Olivarius Theatinus jurisconsultus urbi a thesauris hoc chronographicum scripsit

At 14 CVs BrVga M Ven 14 VIDIT ab 114

22 junii dominica die Alardus camentarius noster cum primis industrius 25 circiter annorum aucupio animum intentus ipse laqueo mortis comprehensus est in fondina lapidum, in quam se dimitti per funem curabat, multis dehortantibus tam vile et periculosum aucupium, dehiscente terra superiore parte coactus fuit consodalis funem demittere, atque pauper in imum decidens mole terre obrutus fuit, nec sociis quidquam ad ma-

num erat ut eum extraherent, scriptum est, Qui amat periculum in ipso perit.

In principio Julii Ill<sup>mi</sup> Nuntius apostolicus recessit in domum S. Martini apud S. Richardum Priorem, qui fuerat ei a confessionibus ibique per quatuor aut quinque dies mansit.

Epistola Ill<sup>mi</sup> Nuntii ad V. P. S. Richardum Priorem S. Martini.

Die lune Deo dante veniam ad P. V. sed pacto inter nos inito, quia alias certe non venirem, et si venissem molestia potius quam recreatio esset. Ero apud ipsum usque ad diem Veneris in qua mane hora quarta redibo Bruxellas propter occasionem sibi bene notam. Interim Deus eum conservet incolumem. Bruxellis, 4 Julii 1694. Signat. fr. archiepiscopus Comp.

In Minutionibus dum Anderlacum iremus ostense sunt nobis secundo reliquiae S. Gudonis, cuius hodie festum celebratur dum haec scribo.

In Gallia regina mater in Piccolonium Cardinalem collecta simultate palam ei renuntiavit amicitiam, neque ut illum in gratiam reciperet, ullis ejus vel ipsius etiam Ludovici regis filii precibus exorari potuit. Mater exemplum bene post. Gasto secutus est regis frater atque in Aurelianos, quae civitas ditionis illius erat alienata ab eodem Cardinali animo discessit. Mox Compendium rex cum omni comitatu, eodemque mater regina profisciscuntur. Qua ibidem relicta cum subinde rex abisset, ea clam ex oppido evasit in Flandriam Julii 19 die.

Compendio discedens mater regina contendebat Capellam oppidulum munitissimum in finibus Franciae prout convenerat, cum Marchione de Warde qui fidem non servavit nec admisit, unde coacta fuit in Belgium se recipere, et primum Arvennas appulit, confecit autem iter 30 leucarum uno et perpetuo cursu sine cibo et potu, quod dicerentur equites eam persequi. Post duas

Maria Medicea Ludovici XIII Francorum regis mater ex Picardiae oppido Compendio 19 Junii clam evadit, et 19 Augusti Bruxellam veniens ab Infanta Hispaniae Infante summo honore excipitur.

heldomas Per<sup>ma</sup> Infans ivit ei obviam usque ad montes Harmonie, et in exitu cujusdam sylvæ obviam sibi factæ descenderunt ex curribus et amice salutarunt se invicem, atque regina in suum curium Infantom Trabellam recepit, atque honoratiorem locum et sessionem ei cessit Trabelle diu reluctanti donec diceret a morte regis Henrici IV in rheda interempti ab eo loco se abstinuisse. Primum Mariam montem iverunt, demum 13 Augusti Bruxellas maximo cum triumpho tota nobilitate comitante illate sunt sub noctem hora circiter nona. Ad longo tempore tam sollemnis ingressus non fuerat visus, exercitus enim vacabat, et fere circa Bruxellas et Antuerpiam erat dispersus. Hinc facile erat præstantiores evocare ad solemnitatem exornandam qui præcedebant, manibus sclopetæ tenebant, subsequabantur principes patricii in equis sublimes multo auxo conspicui et ornati, his immiscebant se juvenes Bruxellani hædas ferentes. Cives armati more consueti extra portam processerant, heroinis obviam, tantus autem erat fragor timpanorum et tubarum, ut ipsa formenta que explodebantur vic audirentur. Subjiciam hic orationem gallicam quam ad dictas Heroinas habuit D. Carolus Schotte' tunc pensionarius civitatis non tantum in ejus memoriam quia amicus et benefactor est, sed etiam ad instructionem lectoris ut sciat, secundum istum sensum aliquam orationem formare in tali occasione.

Entre les deux portes on avoit dressé un Theatre a divers degrez tapissé d'escarlate où Messire Jean François Vander Ce chevalier et seigneur de Meys Aman, Jacques Vander Root Bourgeoismaistre et autres representant le corps des Magistrats avoient prins leur place, en attendant Sa Majesté pour la feliciter de son heureuse arrivée, et luy presenter la clef d'or dans un bassin d'argent. Messire Charles Schotte'

chevalier, conseiller et pensionnaire de la ville s'advance, et de la part de toute la compagnie luy fait cette harangue:

Madame, il y a pres de cent ans que cette ville se voit honoree de la presence de la royne de France Eleonore sœur de l'empereur Charles-Quint de tres auguste memoire: et comme l'allegresse en fut publique par toute la ville la memoire de la faveur qu'elle en recut, y est demeurée perpetuelle. Le bruit de cette verité Madame, a desja resonné à nos oreilles: car aux premieres nouvelles de l'arrivée de Votre Majesté, le souvenir du mesme avantage autrefois recu, accompagné d'une resjouissance non pareille s'est reveillé dans l'ame d'un chacun pour s'acquitter selon sa puissance à force de cris de joye, et d'acclamations d'allegresses de l'honneur de Votre Majesté leur fait aujourd'hui. Et leur impatience est si grande encore à publier leur contentement, qu'à peine m'accordent ils ce petit intervalle de temps, quoy que je l'employe à confirmer à D. M. les assurances, et de leur affection et de leur zele. Aussi Madame qui est celui d'entre nous qui ne beniroit le jour auquel nous voyons assemblez ou plustot estroitement liés d'un nœud gordien, et de corps et de cœur, et de vertu et de merite ces deux grand luminaires de la chrestienete, les deux Princesses diray dont les actions plus qu'admirables peuvent enrichir la posterité de leur memoire. Les deux Princesses diray-je encore dont la sagesse servira toujours d'escholes aux plus grands roys du monde pour apprendre de porter dignement une couronne sur la teste, et un sceptre à la main. Ce seul desplaisir, Madame, sert de temperament à nostre joye d'avoir eu le temps si contraire à nos desirs puis que ses courtes limites nous ont marque une carriere trop petite pour faire voir à Votre Majesté la grandeur de nostre zele par une semblable magnificence. Que si les termes nous manquent encores pour exprimer à quel prix nous mettons l'honneur qui

rejaillit à plein sur nous par l'éclat de la royale présence de la mère de nostre reyne, mere de tant des roys, et de tant vertus ensemble nous tirons vanité de ce default, puis qu'il n'appartient qu'au silence de publier sa gloire tandis que nous engraverons la vérité, et dans nos cœurs et dans le plus beau livre de evenemens de la ville.

Et apres ces assurances, Madame, nous ne pouvons offrir à Votre Majesté que les mesmes cœurs que nous avons desja destinez à porter éternellement les marques du souvenir de vos perfections toutes royales avec cette tres humble priere d'en agréer le present puis qu'il est inseparable de nos vœux pour l'accomplissement de ses desirs, et nostre obeissance pour l'execution de ses commendemens comme faisant profession publique de porter la qualité de ses tres humbles et obeissants serviteurs.

Mesieurs du Magistrat, qui pensoient, continuellement aux moyens d'honorer Sa Majesté par tout sorte de respects et de services luy presenterent, le lendemain selon la coustume le vin de la ville dans des grands vaisseaux peints de rouge aux anses dorées et ce present ne se fait jamais qu'aux festes couronnées.

Et hoc per transemanum notatum est, La tour de S. Michel patron de la ville tres artistement faicte et assise au dessus de l'hostel de la ville de la hauteur de 334 piés et demy.

Altitudo  
turris S. Mi-  
chaelis est  
334 pedum.

Sequenti die alia concilia aulica et Brabantia exhibuerunt reverentiam regine atque de adventu congratulantur.

Messire Claude d'Engnies comte de Couquigny chief des Finances fait la harangue en ces termes:

Madame, en cette publique rejoissance ou chacun contribue ses plus humbles devoirs pour sermoigner à V. M. combien

L'honneur de sa royale presence en cette court, est cher et precieus à la serenissime Infante ceux du Conseil des finances du roy se presentent aussi a ses pieds pour y faire l'offre de leur tres humble service accompagne de mille vœux et de mille souhaits, que ces estats soient si heureux que d'estre choisis du ciel pour le lieu, ou il vueille combler V. M. de contentemens aussi parfaits que le zele que nous avons à nous faire remarquer en tous les lieux du monde ses tres humbles et tres obeissans serviteurs.

Non minori triumpho regina mater cum Ser<sup>ma</sup> Infante excepte fuerunt Antwerpæ, maxime quod totus exercitus navalis illic esset provinctus ad expeditionem diu premeditatam sed eventu infelicem. Et nostra Princeps cessit reginæ ordinarium quod Principes Belgii habent in abbacia S. Michaelis. Et

Messire Jean Chrysostome Vander Sterre abbé tres digne de S. Michel en Amers fit telle harangue a la reyne:

Madame, nous souhaitterions maintenant que cette pauvre maison fust un superbe Loure en richene et en magnificence afin d'y recevoir plus dignement Votre Majesté mais ne pouvant changer nos desirs en effects nous les changerons en prières faisant mille vœux pour l'accomplissement des vostres.

Inviserunt etiam prelium Plantinianum in quarum presentia hæc inscriptio super recessu reginæ ex Francia excusa fuit:

Maria reginæ christianissimæ trium regum maximorum matri, quam dissensionis quedam nubes Deo meliorem in finem permittente in filii regno excitata, ad generi provincias deduxit, ut sereno suo et florentino cultu deflorescentem bello Belgicam recreet atque illustret, officina Plantiniana sanctæ Majestatis coruscans lumine venerabunda applaudit, et mox Gallia Belgicæque pacatis pacificatrici laurea in filii regno coronanda bene ornatur, feliciter acclamat. 4 Idus Septembris 1631.



*Nec in lingua gallica phrasi minoris elegantie impressa est quae sic habet:*

À la reyne tres chrestienne Marie mere des trois roys les plus grands du monde, qu'un nuage de dissension esleve dans le royaume de son fils Dieu l'ayant permis pour une meilleure fin, a mené dans les provinces de son gendre, pour recevoir et illustrer avec sa face serene et florentine celle de la Flandres descolorée par les guerres L'imprimerie Plantinienne brillante des rayons d'une si grande majeste applaudit en tout respect, et luy augure en bref et la felicite des à present du beau laurier de paix dont elle se verra couronnée au royaume de son fils apres la pacification des troubles de France et de Flandres le 10 Septembre de l'an 1631.

*Nec insalutatam, et illaudatam praeterierunt. Te <sup>Spam</sup> Infantem Dominam suam cui tale dederunt elogium:*

Serenissime Principi Isabella Clara Eugenia Hispaniarum Infanti Alberti pii aeternae memoriae archiducis viduae sanctissimae Belgarum et Burgundionum Dominae sapientissimae, quam pietas Deo, bonitas hominibus gratissimam effecit, cujus auspicio et consilio bello feliciter finito optatam omnes pacem expectant. Officina Plantiniana serenitatis ejus radiis illustrata omnem terrae felicitatem, summam celi beatitudinem veneranda apprecatur 4 Idus Septembris anni 1631. Galliae sic sonat:

À la Serenissime Princesse Isabelle Claire Eugenie Infante d'Espagne veuve tres religieuse du Serenissime archiduc Albert le pieux, d'eternelle memoire Princesse tres prudente des Pais-Bas et de Bourgogne chérie de Dieu pour sa pieté et des hommes pour sa bonté, dont la sage conduite et bons conseils font esperer à chacun la fin de la guerre, et le retour de la paix tant desirée. L'imprimerie Plantinienne

honnore de la presence royale de S. A. souhaite avec un grand respect le comble des prosperitez de la terre, et des felicitez du ciel le 10 Septembre de l'an 1631.

Sed sicut scriptum est extrema gaudia luctus occupat, nec popularium tam fausta fuit exclamatio pro adventu regine qui satis verchantur inde majoris gravissimi onera subituros aut etiam majoris belli causam futuram, nec cælitus omnia melioris fortune emissa, siquidem circa diem adventus regine Bruxellam, ibidem muliercula quædam per juvenem compressa peperit apud obstetricem monstrum mortuum, habebat autem quatuor oculos, et perucquam ad instar ornamenti capitis quo ex civibus se modo ornant domicelle, ad confusionem certe ipsarum. Qui veritatem mihi narravit.

Classis nostra 10 Septembris Antuerpia versus Hollandiam solvit et triduo post in estuario Vlack nuncupato ab hoste profligatur et multi capiuntur. Hæc J. Nireus quibus adjungo lamentationem incerti auctoris alludentis festum Exaltationis S. Crucis circa quod contigit.

O sancta crux seu quanta crux nos opprimit.

Funesta nox, que transtra mea sic obruit.

Hispana vis que tota his jam mergitur.

O atrox lux infesta dux quo miseris?

Captiva gens sic nostra flens morte gemit

O sancta crux signata crux nos liberet.

Intelleri naves cum velis octoginta fuisse captas, scaphas autem plurimas, pauci fuerunt occisi forte ducenti quia manus non conseruerunt sed ad exhortationem Ducis Bullonii elevato vexillo se reddiderunt, et quinque circiter millia capti fuerunt, verum Principes et majoris note Duces evaserunt, 120 tormenta capta et que sacerdos quidem nuper adinvenerat, atque

in foro Bergensi supra Fomam in triumpho disposita et exposita oculis omnium.

In paranda hac navali expeditione multus erat sermo etiam apud inimicos timor. De quodam sacerdote qui adimmediabat novas artes pro re bellica, quarum adhuc talia meditatur, et etiam aliqua in praxim rediguntur in Pedemontio non otiosum puto, si epus factantias describam siquidem pluribus etiam secularibus prodere cupio.

Hæc Deo favente prestabo

1. Epistolas in obsidem urbem inferam quotiescumque placuerit a distantia itineris mediæ horæ et amplius.
2. Mille pondo cujuscumque generis ex Flandria, verbi gratia in urbem Antuerpiensem immittam trans Schaldim et ulterius idque spatio unius diei vento saltem mediocriter spirante.
3. A longa distantia in castra sive loca hostilia immittam continuas granadas item Siguria sive baraccas ipsorum accendam.
4. Ascendam altissimas vallas sive mania sine tactu terre vel aque intermedie.
5. Scaphas faciam tam leves ut vir unus unam facile ferat eruntque capaces septem vel octo virorum ad omnem inopinatum transitum.
6. Viginti pontes ultra fomam civitatis aut fortaliti sternam laticos et firmos idque fere spatio unius Miserere.
7. Milites nostros ab interiori parte contra mosqueta armabo, idque instrumentis satis portabilibus etiam ad scalas conscendendas.
8. Mille viros per aquam ducam licet illa fuerit profundissima.

9. Item ad hostilem aggerem appellam antequam unus eorum videatur aut cedatur.

10. Naves hostiles destruam idque diversis modis.

11. Tormenta bellica faciam tam levia ac musqueta eruntque proportionate tanti effectus ac hodie fuerunt. cetera unus eorum potest esse multiplex.

Centum alia restant ad varias belli occasiones, ac ne videar potius dicere quam facere eligatur punctum ex hisce omnibus quod minus credibile videtur, paratus sum adducere qui spondebit pro quatuor millibus florenorum obliget aliquis duo tantum si potuerit.

Pauca domestica attingamus. in festo Natiuitatis B. Marie usi sunt casula alba floribus distincta et filo serico et argenteo sexta pro qua dederat D. Arnoldus Heghel Prior S. Sophie in sacello crucem opere plurimo factam, quae postea amota est, et reposita in alia, et ejus loco alia cerulea ejusdem fere materiae cum casula empti fuit. Dederat insuper dictus Pater viginti florenos, ni fallor, cetera supplevit D. Nicolaus Dierhout sacrista dicti sacelli, quin imo, eodem tempore emit pelvim argenteam et urceollos argenteos ex pecuniis quas accepit ex Hollandia ab amicis suis.

Haec fuit prima casula alba ex serico digna solemnitate, quam habuit sacellum propriam, alias mutuo accipiebat ex templo.

10 Septembris, Deo favente nobis magis in calamitate patrie, quam alias, tandem incerta est testitudo utriusque ambitus, pro minori quidem dedit praedictus Prior Boetella 60 florenos.

Et D. Philibertus de Mol decanus S. Gudulae 40 florenos, pro testitudine ante ecclesiam, quae nova arte plastrata est, et ab aliis amicis, quorum nomina ibidem descripta sunt. D. Pro-

Sacellum an-  
terius decoratum  
proprio orna-  
mentis.

Duo difficiliora  
fuerunt tempora  
eo magis promota  
fuit haec domus.

1632.  
Vide infra  
p. 203.

curator Pirenpoij emendicavit ut ita dicam quorum singuli dederunt bene 24 florenos pro ceteris autem ex lapidibus sive lateribus factis 48 florenos.

In templo Domine nostrae in Laken ubi viget maxima aulicorum et civium Bruxellensium devotio, jam a pluribus annis cum semel eo iremus tempore Minutionum aliqui ibidem celebrabant. Visitatores saltem uni dumtaxat permiserunt, fuerunt aliqui delicati, qui tandem non potuerunt jejunare, nec cogebantur, sed voluissent spatium abbreviatum, vel alio zelo perciti quod si esset, permissum non esse jussum allegarent, istam consuetudinem irritam esse voluerunt, sed qui ferventior aliis in hac irritanda viuis est videtur dedisse penas B. Virgini, siquidem paucis diebus post, nocte tempore Matutinarum ejus cella fuit spoliata a furibus, et ipse non parum turbatus, ut aliquot diebus a celebratione abstinuerit. Non judico, nec etiam invidiose nomino, sed parcat mihi, nam quod factum est, palam non possum non scribere, ut in posterum zelum moderentur alii quando res tangit honorem Dei vel Sanctorum. Et si putent, me perperam egisse haec memoriae tradendo deleant hunc paragraphum, nec seriant in totum.

24 Augusti venit ad probam sub habitu seculari S. Guillemus d'Outelair nepos P. Prioris nostrae juvenis 22 annorum prudens et sensatus et sufficienter litteratus, quippe qui non tantum humaniores litteras Bruxellis didicisset, sed etiam Duaci et Lovanii studia prosecutus fuisset, tandem ex ingenio nobilium castra etiam secutus ac in bello Italiae pro Duce Sabaudiae militavit alyeri vel vesiliferi titulo decoratus: quod in receptione ipsius non nocuit. Siquidem jam didicerat deira

pati, et quandoque animo presagiri futurum religionum videns in refectorio (ad quod hospites domestici in celeberrimo festo invitantur) modeste et religiose demittentem oculos. Receptus autem fuit ad osculum per P. Vicarium absente P. Priore, qui sic voluerat, ut liberiora essent suffragia, qui tamen eodem die rediit ex Flandria, et dedit ei habitum 18 Octobris cum gravi et inculcata admonitione, ut veterem hominem eueret, et indueret novum secundum Deum in sanctitate et iustitia, ne esset ille gravis in suprema senectute sua, cui et obediit.

Circa festum S. P. N. Brunonis accepimus a preside collegii divine D. Laurentio Zoenio aliquos libros quos habebat, distribuendos ex testamento D. Paludani pastoris S. Petri Lonani.

Bellum Germanicum omnibus seculis memorandum non possum melioribus aut brevioribus verbis describere quam D. Mirci in chronico Belgico. At enim, Comes Furstenbergius in Fuldensi ditione cum milite nuper a catholicis Principibus federatis conscripto, stativa habebat. Erant in ejus exercitu 40 peditum cohortes et 30 equitum Turmæ: quas ad castra sua cum Cillius desinente Septembri, evocasset, jamque sub signis 40 circiter partim equitum partim peditum millia haberet, non amplius dissimulandum ratus, Joannis Georgii electoris Saxonici animum explorandum censuit. Mircis itaque legatis ab eo postulavit, ut si Cesari amicus esset quas collegerat copias ad Suecum imperii hostem repellendam, sibi traderet, et hospitium com meatumque Cesareanis sua in ditione concederet. Quod cum Saxo negasset, Cillius turba.

Qui non est mecum, contra me est, dicit Dominus in Evangelio. Et tamen fuerunt qui Cesarem calumniarentur quasi Saxoni fidem fefellerisset qua promiserat ei omnem securitatem in federe contra Palatinum ac inde infelicitatem que subsequuta est promeruisse. Certe petitiones regis indicant diffidentiam erga Saxonem et quod hactenus non plene convenissent simul, quod et historia tradunt. Saxo plura prestat tyranno quam fuerunt, Cesaris nomine petita cum quibus illum Cillius velut in herba facile oppressisset, ut ex sequentibus patet.

cum prope Heilam exercitum in Electoris provinciam duxit, et  
 Merseburg, Frauberg, Michelna, Waisnfeldia, aliisque ad  
 Selam oppidis expugnatis Lipsiam post die 7 Idus Septembris  
 obsedit. At cives Magdeburgensium exemplo serviti secundo  
 obsidionis die Cesareanos in urbem admiserunt. Dum hec  
 in Misnia sunt Saxo 24 militum millia, quae Cillio op-  
 poneret, prope Eorganium collegerat: sed cum se imparem  
 ad congregiendum agnosceret, misso Anhemio suorum  
 castrorum praefecto, Gustavi regis imploravit. Gustavus  
 porro negavit se suum exercitum discrimini obiecturum, nisi  
 Elector filium suum prius obsidem, et Mittelbergam in  
 pignus dedisset; pecuniam insuper ad stipendia militi  
 solvenda numerasset. Quibus acceptis, copias suas cum Saxon-  
 cis conjunxit, et 16 Calendas Octobris Lipsiam versus movit.

Feb. ad Lipsiam Cillius mille peditibus Lipsiae praesidio relictis 15 Calendas Octo-  
 accurrimus  
 praelium, cujus  
 exercitus ca-  
 tholice parti  
 funestus accidit.

bris exercitum in hostem duxit, et prope Podelbitium vi-  
 cum prima hostium agmina in conspectu habuit. Exinde  
 ad manus ventum et acriter utrimque est dimicatum.

Victoria per duas horas anceps stetit: donec urgente ad vesperam

Victor Cillius die pedites Caesariani ab equitibus fide destituti paulatim  
 fuga se eri-  
 puit, omissis  
 decem ut  
 plurimum  
 millibus aut  
 quidam auctor  
 Francus.

caedere se recipere ce-  
 perunt. praelium quinque horis duravit, et eo in loco 12 mil-  
 libus plus minus utrimque ceciderunt. Inter alios Adolphus Hol-  
 satiae Dux, qui contra regem sinistram agmen duxerat,  
 dum Ordines restituere conatur suos inter pugnans occubuit:  
 non pauci item ex Caesarianis ab assultantibus rusticis sunt  
 intercepti. At vero nisi equitatus Caesareanus in fugam  
 se dedisset, victoriam proculdubio Cillius fuisset consecutus. Nam  
 victis Saxonibus, quos in fugam verberat, facile et regem oppres-  
 sisset, qui solus Caesareo exercitui par non fuisset. Cillianis ere-

pta sunt centum plus minus vexilla, tormenta item omnia cum impedimentis. Et Aulis quidem Lipsiensis clades fuit: quam gravissima mox Lipsia Saxoniae in ditionem recepta. Vbi postera dies illuxit rex hostium vestigia premens Lipsiam petiit, eamque a Saxone obsideri iussit: quam hic paucos intra dies recepit. Suecus vero victorie cursum prosecutus castra versus Mersburgum et Halam movit quibus oppidis itempore Erfurto subactis in Franconiam contendit.

Paucis ante praelium diebus Maria Eleonora Sueciae regina cum Regi victori undique subsidia maiora adveniant. octo militum millibus Stetinum appulerat: ex iis quatuor millia ad mariti exercitum mox misit; alia totidem in agrum Megapolitanum (ubi illius provinciae ducibus, qui a Cesare ob perfidiam sua ditione pulsii, hactenus Lubecae privati vixerant, in Rostochio et Wismaria recuperandis opitularentur) ire iussit. Sub idem fere tempus ex Anglia Marchio Hamiltonius et Leslaus Arlunus

Haec victoria Sueciae regi quod Germania reliquum erat, nullo obstante patefecit. cum 40 navibus et 8 Anglorum millibus ad Sundanum portum appulerunt. Ceterum rex ut in Franconiam venit, Hennebergensem principatum invasit; eoque in potestatem reducto ~~Cornubiariam~~ <sup>Cornubiariam</sup>

Herbipolensis antistitis arcem munitissimam cepit. Exinde Sueviae captam Herbipolim subegit, et Herbipolim subegit; huius urbis episcopo eodem omnem, tum Norumburgiam, aliasque que Franconiae Duce egre elapso, et Adringero stationem illam deinceps post alias provincias erumprerentis flamme vel horrentis fluminis vii more invasit. auram, defensoribus omnibus ad unum Coenis in deinde expugnavit et expulavit. Antistes Bambergenses cum suae ditioni simile periculum certo imminere videret, magno auri pondere illud redemit.

Civitates imperiales regem Suecum ultro invitavit. et gaudanter ex- invitavit, et magna alacritate excipientibus. Quod exemplum Norberga, Argentoratum, Spira, aliasque civitates imperiales non paucae sua sponte sunt secute. Hassus Francofurtum ad regem pro-



fectus copias suas quae ad decem millia militum ascendebant regis adiunxit. Palatinatu exinde occupato idem rex Rhenum 16 Decembris trajecit et Oppenheim subacto Moguntiam obedit; praesidias demum ad ditionem 23 Decembris compulsit. Atque haec quidem nostri avi Attila anno Christi 1631 belli Suevici secundo gessit.

Saxo Bohemiam invadit et capit. ejus regni. Praegam capit.

Saxo post Ligniam receptam facto per Misonium itinere Bohemiam (in qua rara et tenuia erant Caesaris praesidia) hoc ipso autumno ingressus, misso Anhemio Pragam regni caput 11 Novembris in deditorem accepit. Balthasar Karadius, qui paucos tunc milites sub signis habebat, inde pulsus Budovitium se recepit: quod postea contra Comitis Curriani assaultus fortiter defendit ac tenuit. Megapolitani porro duces ne suis interea rebus decerent, primo Rustochem postea Wismariam ultimo Janitium aggressi nostros iis in locis praesidias abire in Sileciam compulerunt.

De persecutione catholicorum in hoc bello ut nihil ab Attilis foedius expectari potuisset.

Lugenda, horrendaque sunt, quae oculati testes referunt. undique vastitas ecclesiarum, squalor altarium, fuga antistitum, religiosorum sacrarumque virginum, profanatio mysteriorum execrabilis. Jacent passim cenobea semidivota, dispersa Canonorum collegia, antistes in diversa profugi. Ecclesiae clericis ubique viduatae populus orbis pastoribus suis: qui in ipsa Gallia latitantes, ne quidem sui ac suas injurias audent queri ne forte ab iis etiam laesa majestatis accersantur humanae qui divinam saluum fiderum pietate coluerunt.

Cartusiani quoque ad Franciam confugerunt ad monasteria Montis Dei, Vallis S. Petri etiam Majoris Cartusiae et ad alia.

Quae ex publicis litteris accepi describam de verbo ad verbum et eodem idiomate ad majorem fidem faciendam.

Lors que le roy de Suede entra dans Witsburg il tesmoigna une

grande inimitie contre les jesuites, ayant fait piller leur sacristie et biblio-  
 theque, rompre et dissiper sous leurs meubles sans leur avoir rien laisse  
 que les murailles de leur maison. En la mesme ville un Capucin en  
 disant la messe, et celui qui le seruoit furent massacrez. Il y a  
 eu assez des Chartreux tuez dans leurs cellules. Les religieuses furent  
 violees, on logea les chevaux dans la grande eglise, on dit la messe  
 dans la chapelle du palais episcopal. Et les soldats porterent par la  
 ville avec mille huées et blasphemes une image de la Vierge.  
 Dans toute la Franconie au pays de Fuldes de Worms de Spire  
 et en la principaute du grand Maistre de l'Ordre Teuthonique,

Ecce quam  
 pulchro cau-  
 sum fuit catho-  
 lica religio.

il n'y a aucun exercice de la religion catholique, tous les curez  
 prestres, et religieux ayant este chassez de cinq mille paroisces pour le  
 moins. Les jesuites ont perdus toute une province. Ils sont bannis de  
 Wirtsburg, Aschaffenburg, Bamberg, Cruzenach, Neustad, Hagenau,  
 Fritslar, Hirschfeld, Spire, Mayence, Seltz, Germersheina, Brunschwal  
 Tuld, Heiligenstadt, et Heepfleberg d'ou les habitans les ont fait sortir,  
 ils ont este dissipez la et la jusques a six cens ou environ. Dans Mayence  
 il battirent les prestres, ils mirent en raçon les religieux, ils pillerent  
 les sacristies, ils prindrent avec leurs mains prophanes et sacrileges  
 jusques a soixante calices d'argent, ils avoient commencer a bruler  
 cette belle et grande ville, mais les habitans se sont rachetez  
 du pillage et de l'embresement, par des sommes si immenses que  
 dans vingt ans de paix ils ne se pourront remettre.

De nostris interim Germania Cartusis quid scribam? quando  
 nostra familia in Franconia religio omnes suis ex edibus fugati  
 sunt atque hinc inde dispersi, Moguntini magna ex parte,  
 ad sinum S. Barbara Ulbis confugerunt, sicuti et Confluentinentium  
 plerique, qui suscepto in montem S. Beati (id enim nomen isti  
 Cartusie in monte altissimo et e regione castri seu arcis epi-  
 scopalis Hermestein vulgo nuncupant. Pbeno duntaxat in-

Intelligit Car-  
 tusiam Colo-  
 niensem, cu-  
 jus S. Barbara  
 est patrona

Ab Loharingo sermone constituta) principis sui militari presidio misere ab eis  
 dicitur occisus  
 quae gens etiam tractati sunt, adeo ut monasterii oconomum intempeste no-  
 in Belgio festa  
 nite insolentia  
 reliquit vesti-  
 gis. cidaverint. Ipsam vero Cartusiam praetextu scilicet ne quid

Paulo aliter  
 inferius dicitur  
 scilicet per  
 incuniam Lo-  
 tharingorum  
 praesidiariorum  
 partem domus  
 conflagrasset.  
 arci incommodaret neve Succus aliquando castra illi defuze-  
 ret flammis excusserunt. Et haec quidem ab his, qui pra-  
 sidio nostris esse debuerant. Quando Succus interim Mogun-  
 tiam invadens Cartusiam, in eaque ducenta circiter vini plan-

stra reperiens (praecipuus namque proventus inde nostris  
 istis in partibus vivendum ex vini frumentisque crescentia  
 constat) omnia vendidit ac diripuit. Cathedralam porro  
 ecclesiam longe celeberrimam in cuius fundamento optimum  
 se thesaurum reperturum se arbitrabatur cuniculis longe

Inchoaverat, lateque actis pulvere mitato in altum sustulit, ita ut  
 forte et ipsam  
 urbem com- de hac urbe fere dici queat quod beatum olim Hieronymum  
 burese sed  
 cives redime. ad Ageruchiam de eadem in haec verba scripsisse legimus Mo-  
 runt se in -  
 genti sum - guntiacum nobilis quondam civitas capta atque subversa est,  
 ma proci- et in ecclesia multa hominum millia trucidata. Haec ex  
 denti pa-  
 gina dictum  
 est. epistola Domini Theodori Petri Cartusiae Coloniensis alumni.

Ad dam et alterum ut in ore duorum stet omne verbum.  
 His erit D. Bartholomaeus Moes professor domus Moguntiae  
 hospes in domo confluentina quando ad nos scripsit 23 Sep-  
 tembris 1633. Atque ex data non miretur lector si hoc  
 anno posteriora scribat.

Ut Venerabilis Paternitas vestra magis magisque affli-  
 ctis compati valeat paucis miseras nostras et statum pro-  
 vinciarum enarrabo. Imprimis quidem Hildesiana et  
 Erfordiana in Saxonia sitae a Suevis occupatae et vastatae sunt.  
 Quoniam vero hi patres devenerunt, Deus novit. Cartusia Pa-  
 risiensis ut ex relatione habemus similiter a Suevis spoliata.

Herbipolensis Artheimensis Euckelhusana, Gunacensis in Franconia rite a

S. Benignus  
Reich professor  
et Procurator  
domus Buxidæ.

Suecis intercepte. Buxheimenses, item, ni fallor, secundo fugati,  
quorum Procurator a militibus interfectus uti et

V. V. Patres S. Bruno Linder professor domus Ratisbonæ Prior domus

Adde nomina  
ex carta Caputuli.

Herbipolis et Vicarius S. Joannes Husman professor ejusdem domus et  
alii quidam Conventuales ibidem (S. Philippus Goch professor do-  
mus in Ittingen hospes in domo Herbipolis) a Suecis sunt intercepti.

Nomina Euckel-  
hausanorum in  
duabus cartis re-  
quentium an-  
norum non in-  
veni.

Sex item Euckelhausani Patres ab iisdem truncati putan-  
tur, quia huc usque non comparent, aut quonam pervenerint  
constat.

Procurator quoque Confluentinus a Sicario Lotharingo trans-  
fossus in cella repertus fuit mortuus 28 Decembris, is S. Joannes  
Frederici professor ejusdem).

Cartusæ in nostra provincia Rhenana a Suecis occupate  
sunt hæ domus Moguntina, quæ cum redditibus et proventibus  
est cuidam capitaneo a Suedo donata. Domus Fulurgensis et  
Molsheimensis a Suecis Dulmanensem Hassus occupavit, etc.  
Ceteræ sub spe et metu remanent afflicte, præter id quod  
damnum magnum perpesse sint.

In Septembri obiit Cardinalis Borromæus archiepiscopus  
Mediolanensis Cardinalium senior, vir non tantum dignitate  
sed etiam doctrina et virtute eminentissimus, in numerum Car-  
dinalium relatus fuerat a Sixto Papa, discessit ætatis 68, Cardi-  
natus 44, archiepiscopatus 34.

Abbas Ma-  
guier.

Peste interit ~~M~~ et clarissimus S. S. Le Masulier consilia-  
rius a secretis regis christianissimi protopreses supremi Parlamenti  
Colosani, die 10 Octobris, sepultus ibidem apud Cartusianos.  
Plures e Senatu et ex eadem Cartusia eodem anno obierunt;  
ibidem prima Novembris Lucissa Florentia soror imperatoris.

Apud nos 27 Decembris circa octavam vesperi placide efflavit

Guilelmi animam Guilelmus Hermakers Donatus noster omnibus munitus  
 sacramentis Ecclesiae atque confessione generali exornatus, qui fere  
 3 menses ex duplici tertiana vel potius continua decubuit, domini  
 15 et amplius annis fideliter et utiliter servit in officii  
 sartoris subcoxi, pistoris, portarii, quae pleraque ministeria sub  
 finem vitae simul obire jussus, quod bene idoneus et gratus  
 esset, corpore gracili et pusillo fuit. Causa morbi dicitur quod  
 mane haustum cervicis exhaustum non prius sumpto fenta-  
 culo, hinc interiora corrupta fuerunt. ut quidquid su-  
 meret non in nutrimentum sed in excrementa conver-  
 terentur, et paulatim exsiccatus interiit, compos mentis et  
 integris sensibus permansit usque ad ultimum et brevem  
 agonem. Die festo Innocentium et dominica die cum inte-  
 gro officio Agendae et Missae sepultus fuit. Sic hora decima  
 tantum aquae benedictio inciperetur. In prolixo ejus morbo  
 V. P. Vicarius non semel ei administravit sacramentum Eu-  
 charistiae non jejuno. Cum enim moribundus valde indi-  
 geat tanti sacramenti subsidio ad vincendas occurrentes  
 tentationes, et ad superanda peccati pericula non videtur  
 pia mater Ecclesia nos velle arstringere ad unicum talem  
 communionem, cum nostro tanto spirituali dispendio. ma-  
 xime cum in secunda et tertia vice eadem maneat, quae in  
 prima necessitas. Adde Concilium Constantiense sess. 19 di-  
 cere absolute (sine limitatione ad unam tantum vicem) in  
 casu infirmitatis Eucharistiam dari posse non jejuno.

Sub finem hujus anni rex Franciae metas civitatem Ger-  
 manis Linuboniam advenit, atque supra portam majoris tem-  
 pli haec in ejus honorem initialibus et aureis litteris scripta lege-  
 bantur.

Ingrederere

Augustissime regum, basilicarum augustissimam tuam  
 Lucia Caroli, cujus haec filia, tu nepos, nos alumni,

Utique orbis miraculum, tu in regibus, hæc in ædilibus

Hæc heroes magni et tu gere ad magna

Alter hinc Carolus, qui et tuus, calvus ingressus, egreditur coronatus

Adiit laicus, exit sacer rex ex principe

Quidni tu ex rege Cesar?

Hæc post coronas geminas per Stephanum et metus iter est ad tertiam

Hæc pro liliis pro Ludovico albani, corda vota.

Cum sine fine omnia cum sine frigore

Hinc e celo impetres, hinc mundo imperes

Hinc toto implere orbem incipe

Ut imperio sic Christo sic fide

Ingredere et votis ipse aliquando assuesce

Divus jam esses, si rivus non esses

Templum haberes, si christiani non essemus, christianissimus non  
Olim habiturus, quia vita et fide civita et Ludovica christianissimus. <sup>[esses]</sup>

Cu interim fac templo digna, clerum tuere fidem amplifica

In bello David, in pace Salomon, in utraque Carolus

Magnus, pius felix

Vivat, regnet, imperet

Lodovicus.

De terræ motu Neapolitano, et incendio Vesuvii montis. (Ex lit.

terris quas scripsit ad D. Baes Vicarium Antuerpiensem frater  
ejus germanus Neapoli.)

Gratulabamur nobis hic in alta pace et omnium rerum  
copia nos agere, bella eminus contemplantur, cominus solum  
apparatum conspiciere: nempe duas Mediolanum missas legiones,  
alteras duas mittendas cum mille equitibus ac 25 Arceonibus in  
omnem belli eventum adornabamus, Et ecce dum eminus mira-  
mur cædes sine timore, cogimur eas videre cum horrore. Indici-  
tur enim nobis bellum non ab homine sed ab irato Deo, cum

D. Vesuviano in-  
cendio scri-  
psit Julius  
Cesar recupi-  
tus e societ.

quo pugnat orbis terrarum contra insensatos: et quia in cunctis delinquimus in cunctis scilicet aqua, terra, igne ferimur. Mons certe Vesuvius, de quo multa in historiis credideram fabulosa, nunc omnia experimur scriptis et peiora, et majora huic urbi frequentissimè (censentur quippe in ea sexcenta hominum millia) ad orientem adiacens duplici vertice tollitur in altum sex millia Italia, hic similis cuapudi, ille leleti: in cuius medio vorago profundissima antiquitus et modo mirabilium productivæ circuitus pedis complectitur triginta milliaria Italia, undique fertilissimus, et omnium rerum copia præcipue vero vino præstiosissima abundans, ideoque præ ceteris locis multum excultus, et villis et pagis, castellis oppidulis refertus. Divitiæ nempe ac delitiæ Neapolitarum. Hic cum universa regione vicina to Decembis circa auroram inexpectato triplici terræ motu ita concutitur, ut eo fremitu aperiat ac reseretur e voragine flamma mille trecentis annis præcibus S. Januarii inclusa cum densissimo fumo mixto cinere ad summam aeris regionem ascendente claro celo ac sole. Fulmina interim, fulgura tonitrua circa montem infinita, prodigium sane magnum cum admiratione potius, quam cum timore contemplantur: cum circa meridiem clarissimum celum et solem obfuscat aeris eruptus fumus haud ita densus ut prior, qui semper conglobatus ascendebat. Decreta igitur est supplicatio ab Eminentissimo Cardinale et archiepiscopo Neapolitano Boncompagne cum capite et sanguine S. Januarii ad imaginem Christi, et Deiparæ Virginis Mariæ a S. Luca depictam miraculosam apud Carmelitas, cum et is locus vicinus esset monti. Dum imus supplices continuo strepitu et fremitu quatitur civitas nedum mons: diceres terræ motum assiduum ob eruptionem flammarum, cine-

rum saxorum, trahum, arborum, cum fœtore sulphureo, et lapsu domorum. Quid plura? circa vesperum flamma serpsit, et serpendo crescit, et crescendo crescit et noster timor; sed hic non firmat se malum. Continuam si dixeris accessisse pluviam, parum. Si terræ motus perpetuos et magnos creditu difficile: sed experientia et timore facile. Singulis momentis præsens mortis periculum, et certissimum exitum usque ad meridiem sequentis diei ex æremi iudicii diem præstolabamur, mare recedit ad milliare: sed redit majori impetu ac fluxu extra limites. Hic ergo templa, illi campos petunt quisque salutis et vitæ remedium. Totam noctem egimus insomnem qui residui eramus, major enim pars fugam arripuerat. Virorum omnium, feminarum, puerorum gemitus, planctus, vota precesque dum recordor saxa poterunt movere. Continue tota nocte uti et sequentibus diebus et noctibus sine cessatione fiunt processiones omnis ordinis, ætatis, sexus tum privatim tum publice per urbem. Circa auroram sequentis diei 17 mensis Decembris resoluitur ille condensatus fumus non in pluviam aquæ sed cineris, qui instar montis cooperuit totam provinciam procul abhinc etiam quinquaginta milliaria Adria ascendente semper novo et educente vento in longinquas regiones. Tandem circa meridiem meliora sperare cepimus, jamque celum ac solem clarescere conspicimus ac Vesuvium eructare ignem et jam in mari quod ei vicinum quinque e locis pisces infinitos extinctos. Denuo ergo indicitur supplicatio ad S. Mariam Annuntiatam, in qua ipse Cardinalis iit nudipes. Cessant igitur ex parte mala, sed non omnino patimur adhuc et semper passi sumus terræ motum haud tamen ita terri-

Ex incendio Vesuviano factura bonorum, quam angel præcipue egrorum vastitas et armentorum clades tanta peritionibus extimat, ut magnitudo ipsa minuat fidem. Supputatur summa his centies centum millium aureorum.



bilem et magnum. In dies novas agimus supplicationes, festa continua celebramus, officinae clausae artes otiosae, nihil aliud quam frequenter sacramenta. Damna illata sunt, et inferuntur gravissima et maxima, urbes deserta et devastatae, pagi, villa, etc. Distantes ab hinc uno milliari Italico et decem igne et cinere oppressae jacent Pietra bianca, S. Sebastiano, Octaviano, S. Giorgio, Porficcii, Pesina, S. Anastasio, Punitiano del arcu, fore de Graco, casal del summira, Croco Pascarda: Massa de summa. Aqua vero erupta ad septentrionem ex ipso monte subversa jacet. Nola campaniae urbs cum suis suburbis. De ceteris non loquor cum nihil certi adhuc de illis habeamus nec transitus propter flammam pateat. Finem scribendi facio quia si ad particularia descendero nunquam credetis, si ignis conditionem qua nec ipsa extinguitur sed accenditur, si magnitudinem saxorum templi nostri Antuerpiensis superare altitudinem, si Arabum longitudinem, ejusdem templi longitudinem superare disero: si cineres calorem, si fumum, modum excedam epistole, et cum omnia essent descripta millesimam partem eorum quae dicenda erant, non

In Romaniano inaequaverim. Homines infiniti occisi et extincti, ii nimirum cendio quinque millia capitum qui tardius fugam arripuerunt nec signis primis crediderunt perire, duobus oppidis exersis, ad hanc urbem nonaginta millia fugerunt, etc. pago uno vel altero. (Ex alio auctore.)

Anno 1632, 4 Januarii, prima Dominica mensis, Joannes Claes capitulum Donati accepit de manibus P. Prioris in pleno Capitulo, qui non nihil praefatus est in commendationem dicti status Donatorum quem aversari et dissuaderi ab aliquibus audierat, quod scilicet essent de gremio domus et personae Ordinis atque ejusdem privilegia gauderent, quod deberent secundum essentialia vota religionis conversari quamvis ea non reverent sed promitterent tantum, videlicet sine proprietate

et caste vivere ac suis Superioribus devote obedire, atque eorum correctioni subjacere: Ordinem vicissim obligari ad omnia illis necessaria quoad victum et amictum suppeditare. Carcerem notorum prævaucatores non habent nisi portam, ut si in religione salutem non possint operari, saltem in seculo.

Alter famulus Joannes Cele erat, receptus cum illo ad statum Donatorum sed non acceptavit gratiam Conventus a quibusdam sic persuasus quare post novem menses recessit a nobis, et cum fratre Abraham exivit de terra sua, et peragrata tota Francia cappam Conversi quæsiit in Hispania nec invenit, Burdigali in Cartuxa nonnullam moram fecit apud duos Flandros ibidem Conversos, nec tamen ibidem aggregatus est reversus tandem in patriam, duxit uxorem et probe se gessit, non omnes ad religionem vocati sunt, quamvis diligens, probus et fidelis non tamen ita præsequebatur religionem in moribus aut devotionem; hic autem relictus est et Joannes Nicolai assumptus qui est optimæ indolis, eloquio et moribus dulcis et benignus, et urbanus, qui Domino Consiliario Hertongen famulatus fuerat, officio sartor, qui etiam chirurgiam nonnihil noverat unde adhuc nos radit.

8 Januarii soror Antonia Desplancques professa et quondam Priorissa domus Monialium Gosnay properavit in occursum sponsi

Domini pulsabat,  
inquit Gregorius,  
cum per agri-  
tudinis molestias  
mortem esse vi-  
cinam designat,  
cui confestim  
aperimus si hunc  
cum amore sus-  
cipimus. Homel.  
13 in evang.

Christi Domini cum lampade et oleo letitix subinde ridens et cantans quamvis gravi morbo pleuresi et febris vehementi oppressa, quæ intra 7 dies illam transmissit ad sponsam saliter gaudentem. sic de Bertrando Kale clerico Vallis Viridis prope Bruxellam lego quod quamvis conditionis humane nil sub discrimine exitus conturbari, cum etiam perfecti nolunt expoliari sed supervestiti; ipse Amen eternitatis momento proximis ardentem cereum petiit, ejusque mysteria adstantibus fratribus ardentissima caritate declaravit. Mox quasi orans et cantans ex his terrenis solutus et liberatus ad altiora transcendit 1423 die 23 Augusti.

Subjungam epistolam D. Priorissæ ad P. Priorem nostrum D. Brunonem d'Outclair.

Mon venerable et tres-honneuré Pere, l'amour infini du petit Enfant  
 Jesus vous soit domé pour humble salut, et extreme. Ce petit mot  
 servira pour vous advertir du decé de nostre bonne Mere Antoinette  
 d'Esplanques qui a esté jendy dernier sur le sept heure et demie  
 du matin le 8 jour de Janvier, et a prins sa maladie le 2 du dict  
 mois, qui estoit le vendredy sur le soir. Sa maladie a esté  
 brieve, que je n'ay point eu la commodité de vous en  
 advertir. C'estoit une pleuresie avec une rechemente fiebre.  
 Je ne vous puis assez dire le contentement, qu'elle nous  
 a domé en sa maladie et en sa mort. Elle estoit si rem-  
 plisse d'amour, et de desir de jouir de ce qu'elle avoit,  
 qu'elle n'estoit qu'en continuelle aspiration apres son bien  
 aimé desirant de tout son cœur d'aller jouyr de luy.  
 Elle rioit, elle chantoit quelquefois, elle <sup>me</sup> pouvoit faire qu'elle  
 ne monstrois au dehors ce contentement, qu'elle avoit au dedans.  
 Je seroit trop prodigue de vous mander toutes les autres  
 particularitez que nous avons veu, ce sera de bouche si  
 nous avons ce bonheur de voir encor une fois. Je vous diray  
 seulement que sa mort a correspondu a la saincte vie  
 qu'elle a mené en ce monde. Dieu me feroit beaucoup  
 de grace si je la pouvois imiter de loing elle me pria  
 un peu devant mourir de vous advertir de son decé, ce à  
 quoy je n'ay voulu manquer pour vous la recommander,  
 et à tout vostre couvent de prier pour le repos de son ame.  
 Je ne doubt point qu'elle ne vous soit assez recommandé  
 pour l'intime affection qu'elle vous portoit. Je ne vous feray  
 plus long discours pour le present, le temps m'estant trop  
 court. Je me recommande de tout mon cœur au merite de  
 sainctes prieres et tres-saincts sacrifices. Et de ma part je  
 ne vous obliray en mes petites et froides oraisons demeurant

Aujourd'hui, mon Venerable Pere, vostre tres-humble et affectionné fille et ser-  
vante S<sup>te</sup> Louise Marse (natif de Noyon) date les Goinay le 10 de  
janvier 1632.

Habuit Missam de B. Maria per totum Ordinem, sicut et  
Coro Laurentia de Chaponay monialis antiquior Præsimollis quæ obiit  
28 Decembris, et S. Catharina le Clercq Piorissa Monialium Brugis,  
Anniversarium autem sub die obitus sui qui fuit 19 Januarii. Ill<sup>ma</sup>  
S. Angelica Agatha Gfondrata Piorissa Monialium S. Pauli Me-  
diolani neptis Summi Pontificis Gregorii XIV et Lucenarium.

Gaston de Bourbon Dux Aurelianensis regis Franciæ frater  
jam ex Martio mense anni præteriti Aurelianis in Burgun-  
diam digressus, inde regem insequentem fugiens in Lotharin-  
giam, et postremo in Brabantiam ipse se transtulit: intra-  
vitque Brussellam die 28 Januarii ab archiduce Trabella regio  
more in palatio exceptus.

Eodem die D. Procurator Pipenroy emit a Domino Philippo  
de Liquez agrum duorum bonariorum cum dimidio, in Schuel  
Veldt pro duobus millibus florenorum, et retinuit ex pecuniis Do-  
mini Storm centum florenos annue supra montem pietatis.

Quanta fuerit consternatio nostra et confatium discer-  
lector ex epistola P. Vicarii D. B. ab Halle S. Lophicæ in Brex-  
telle juxta Inflramaducis scripta ad quemdam professum domus  
Lyre hoc mense Januarii.

Nuntia crebrescunt, apud nos sed parum prospera, fla-  
gella sunt, procul dubio divine iracundiæ quibus resistere non  
possumus nisi orando, et subinde rememorando illud poete:

Speranda omnis fortuna, ferendo est.

Regem Franciæ (omnium mirabile) in Germaniam cum  
viginti millibus hominum incidisse ac duo oppida præsidio Ger-  
manico munita occupasse ex litteris e Francia ab ecclesiastica

persona Inghvanducis missis didicimus. Dicitur insuper regem  
 Suevix dimidium Palatinatum occupasse, saxonemque totam  
 Bohemiam interceptisse; ita ut res nostræ periculoso admodum  
 statu existant. Princeps Sauriacus (quod pro certo scio) se  
 ad bellum preparat mature in campum processurus, nostri  
 vero Bruxellis dormitant, sed timeo ne succidentur, et con-  
 singat illis (quod precor Deus avertat) quod nobis obtigit  
 qui modo tam mirabili heu existimus statu, ut non  
 possimus pejori, templa enim per totam Majoriam edicto  
 statuum Hollandorum clausa tenentur firmissime, ita ut  
 nec unus ecclesiam intrare possit.

In castello nostro concionatur D. Pastor et Canonici cele-  
 brant apud nos tantusque concursus populi ut aula que ta-  
 men ampla est eos non capiat. In summa nisi divina pro-  
 videntia ac omnipotentia succurrerit, et impetum inimicorum  
 repræsserit, de tota videtur actum christianitate. D. P. Prior  
 ab aliquot hebdomadibus fuit in Saga - Comitibus ibidemque invenit  
 Legatum Ducis Moscovix, qui a statibus Hollandis pro com-  
 mutatione fumenti petit et exquiri arma bellica omnis ge-  
 neris quibus necdum Moscovite usi fuerunt, isque regem  
 Poloniae debellare constituit. Interim totus mundus bello ar-  
 dere videtur.

Post Lipsiensem cladem anno superiore acceptam dus  
 belli querebatur qui (cum cura cum Cillio fortissimo quidem  
 viro at senio laboribusque confecto) Gustavo Suecix regi ad  
 Europæ imperium aspiranti officeretur. Ad hanc præfe-  
 cturam placuit Ferdinando Imp. Walsteinium deligere, qui  
 sum privatam Cenaimi vitam agebat. Summum itaque  
 militix magistratum ipsi deferretur; sed quod ipse diu mul-  
 tumque recusavit, in valetudinis (nam podagra cruciatibus erat

obnoxius) excusatione impunitus usus. Nimirum propinquerat ac perculerat militarem animum exauctoratio quam dixi; et reliquum vite sine strepitu ducere decreverat. Verum ingente Cesare prefecturam (specie reu-santis fortasse optatam ac desideratam) demum suscepit: sed conditionibus plus aequo insolentibus ab eodem Cesare extortis, quæ exitio ipsi aliquando future essent.

Ad Walsteinii porro pristinum gradum restituti famam Tribuni veteranique milites, catholici pariter ac Lutherani incredibili numero confluebant: et quoniam non erat in promptu pecunia, Tribuni ultro suam erogabant; quam postea ex stationum contributionibus essent recuperaturi. Stationa autem in ea Bohemice parte, quæ adhuc Cesari parebat, itemque in Moravia, Austria, Silesia, Stiria, Carinthia aliisque regionibus hereditariis collocata sunt et distributa. Sicque trimestris spatio iustus exercitus sua quasi sponte coaluit; militibus undique mira alacritate accurrentibus, magne nomina dantibus. Tantum potest in militaribus rebus ducis fama. Ad eum etiam scripsit Summus Pontifex, eique bene precatus est:

Urbanus Papa octavus  
Duci Fritlandie

Dilecte fili nobilis vir salutem et apostolicam benedictionem. Audiit hæc nationum patria Roma iterum ad Germanica bella, voce Cesareæ Majestatis et voto catholicarum provinciarum revocari nobilitatem suam, et plaudens auguratur Romanæ religioni, et Romano Imperio victorias fulminatrices perfidie atque impietatis faventes laudibus nominis sui. Consulentes rationibus catholicæ fidei oramus Deum exercituum, ut frameam celestis ultionis gloriose consecrare velit in triumphali dextera nobilitatis suæ ad faciendam vindictam in nationibus cælum oppugnantibus, et consolanda suspiria

merentis Ecclesie. Vincet. in legionibus suis Deo militantibus celestis exercitus. Nos tam beata spe pontificiam sollicitudinem consolamur, et dum tibi benedictionem nostram impertimur, honorifico hoc te perfui volumus publice expectationis testimonio, ac Nobilitati tue benedictionem Omnipotentis exproscimus. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, 17 Januarii 1632.

Ex litteris P. Horti Gracis datis 5 Martii.

Revelatio facta virgini cuidam leprose 3 et 4 Februarii 1632.

Puella erat annorum 16 in territorio monasterii Besensis Ordinis Premonstratensis in Suevia mire simplex, pia, patientis, et obediens, spiritu prophetico donata. Quoad hanc vero revelationem varie a viris prudentibus examinata. Proposita illi a confessario propositiones sequentes: Primo quæ causa cladis Lipsiensis, et inde consecuti afflicti status Cesareæ Majestatis; Secundo an reditura pristina felicitas; Tertio quam diu status hic afflictus duraturus; Quarto an Cesareæ Majestas atque ipsius familia successionem deinde in imperio habitura; Quinto quis futurus status in imperio circa bona ecclesiastica ac monasteria in specie in Ducatu Wittenburgico.

Has questionunculas 3 Februarii scripto dedit confessarius eo quod puellam sciret obliviosam et simplicem adeo ut ne terminos quidem penetraret. Schedam vero pulvinari jacentis supposuit cum mandato ut rogaret Divam Virginem, ut legere schedam ac respondere dignaretur.

Venit proxima nocte beata Virgo cum angelo atque in hunc modum respondit, sedens ad puellæ lectum:

Cesaream Majestatem esse piim Cesarem, cladis Lipsiensis proxime elapso autumno acceptæ causam fuisse gravissima militiæ peccata, Pyramidem, oppressionemque pauperum

his permotam justitiam divinam fuisse ad illam cladem.

Secundo, hanc afflictionem Cesareæ Majestatis ultra annum non extendendam sed hoc anno terminandam, et victoriam penes catholicos futuram, sed antequam fiat plura adhuc monasteria et bona ecclesiastica ab hoste vastanda, interea etiam monasteria reliqua Wirtembergiæ, quæ nondum ab hereticis accepta sunt, sed ante finem hujus anni denuo catholicis designanda.

Tertio, coronam Romani Imperii domui Austriacæ non obstantibus extremis conditionibus hostium permansuram, et successurum in Imperio Cesareæ Majestatis. Hungariæ et Bohemiæ regem Ferdinandum.

Quarto, belli sedem ex illis partibus in inferiores circulos translaturam iri. Contra pestem in his superioribus partibus terribiliter grassaturam. Veritatem hujus præ sagii merito expectamus, maxime cum plura ab hac leprosa prædicta evenerint, tum quia ab eo tempore mutatum sit aliquorum Germania Principum consilium, ac demum, quia in his partibus plura et certa naturalia indicia pestis grassaturæ apparent. Hanc prophetiam accepi eo fere tempore quo scripta fuit, et servavi quod in dies eam compleri viderem.

Addam et aliam D. Benedicti Beths defuncti in Aurea valle, et quæ contigerunt in ejus obitu et alia, quæ faciunt ad honorem Dei et declarationem persecutionis Suevici.

Carissimus Confrater noster Benedictus Beths monasterii Bilthusani in Franconia professor, subdiaconus Ordinis Cisterciensis Turbinem et tempestatem universam pene Germaniam procellarum inundantium fluctibus ab Aquilone involentem declinans ex Aurea vallis in Ducatu Luxemburgensi monasterio ad æternæ felicitatis portum lætatum more



nautarum religioso cum celeusmate inuictus est. Caput huc feria secunda Pasche anno 1632 circa vesperam decumbere et ingravescente morbo post aliquot dies conscientiam generali confessione expiare, nec semel expiasset sufficit, expiavit septies, septies hujus Jordanis fluentis immersus purus et mundus egreditur. Lotus igitur sacramentalibus pœnitentiæ undis Eucharistica in mensa epulari concupiscit.

Adfertur a P. D. Priore salvificum peregrinationis nostræ maticum tota congregatione processionaliter procedente, consuetis insistitur precibus, orant omnes, orat et ipse infirmus, omnesque ad orationes et interrogaciones devote respondet et apposite. Sumpto matico iterum recedit Congregatio. Post pauillum accedit P. P. Henricus Van Neugen Subprior ad infirmum, quinam valeat percunctatur nescio, inquit ager, tanta enim lætitiâ ad præsentiam Domini corporis et religiosi conventus vestri affectus fui, ut ignorem ubi sim, credo me paradisi delitiis interfuisse, ubi sim an in celo, an vero adhuc in terra nescio, neque celestibus inhians, terrena fastidens mira cum patientia morbi grassantis rabiem perferens usque ad 29 Aprilis infirmus permansit, quo die Extremæ Unctionis sacramentum petiit et obtinuit solito in feroce persistens. Dies interim declinat ad vesperum, medium silentium tenent, omnia, et ecce visionibus et phantasmatibus in extremi agonis articulo desudans illuditur, et Patrem quemdam religiosum Bernardinum nomine tunc forte circa infirmum excubias agentem in-clamat dicens: domine Bernardine, domine Bernardine.

Adest ille presto, quidnam habeat inquit. Fuerunt, inquit, hic quidam  
 qui voluerunt mihi nocere, et ideo coactus fui te evocare. At ille,  
 Noli, ait, frater carissime, noli timere, non te deseram, nullus est, qui  
 tibi nocere cupiat. Animi equior ergo factus cepit immortales agere  
 gratias quod homini peregrino et ignoto tanta caritatis officia im-  
 prenderit, et inquit, Scio me brevi moriturum, sed quaeso prius  
 celebretis sacrum de Domina, ut possim adhuc semel commu-  
 nicare, et circa 12 repelin, illucescere enim incipiebat sabbatum  
 Virgini sacer dies. Cumque paululum quiesceret, iterum eundem  
 advocat inquit: Vides istum nequam, qui voluit mihi no-  
 cere ad pedes lectuli in sinistro latere est. Aspergitur lectus  
 aqua lustrali, fugientem vidit, et inquit: Fugit, non est  
 hic amplius, spero quod nihil habeat in me subitoque  
 mirum in modum exhilaratus: Bone Deus, ait, quam  
 isti suaviter cantant, quam dulciter canunt! interrogatus  
 quinam essent summopere admirans respondit: Non ergo  
 auditis illos? Et post pusillum: O quam sunt istae pul-  
 chre virgines, et quam speciosae. Deinde ad Bernardinum  
 conversus, quaeso, inquit, celebrate Missam de Domina,  
 ut possim adhuc communicare; quia scio me brevi moritu-  
 rum, et certus sum quod monasteria Germaniae revertentur  
 in statum pristinum, et melius invent religio, quam  
 unquam fecerint. Valdeque reverenter se habens: Ecce, in-  
 quit, Domina nostra venit, ecce Domina nostra venit, et  
 inclinato capite quasi salutantem resalutaret paulisper quie-  
 scere incepit. Post haec e dormitorii cella evocatus sub-  
 prior ad egrotantem fratrem cucurrit qui mirifice in  
 ejus adventu exhilaratus assurgere annuus est, et in lectulo  
 residens protensis manibus cuculle dicti Prioris manicas appre-

heredit dicens: Meus Pater confessorius recte venit post illos deallatos,  
 fuerunt hic tam sordidi, non sunt sordidiores in toto mundo,  
 sed quidam deallati fugaverunt illos. Quem de statu anime, et  
 utrumnam aliquid conscientiam gravaret, illoque respon-  
 dente non, nihil scio; subintulit Subprior: Quid ergo vo-  
 luerunt sordidi isti, quid fecerunt tibi? Respondit protensis  
 in celum manibus lachrymalundus et tristis. Objecerunt ne-  
 gligentias in Ordine. Ad hæc ille, ut anxium et fluctuan-  
 tem fratrem consolaretur ait: Carissime frater, oportet te jam  
 dolere de præterito et de futuro si diem vite tuæ Pater miseri-  
 cordiarum et Deus totius consolationis prolongaverit spondere  
 emendationem. Noli timere, merita passionis Christi supple-  
 bunt negligentias tuas. Ipse mortuus est pro te, pretiosum  
 sanguinem suum fudit pro te, non te deseret, merito B. Mariæ  
 Virginis, S. Benedicti, S. Bernardi compensabunt negligenti-  
 as tuas, adiecit infirmus, Et omnium Sanctorum. Statimque  
 serenata mente, et inimica caligine depulsa reclinato in  
 lectum capite Litaniam B. Virginis una recitare cœperunt.  
 Vix ad medium ejusdem pervenerant, et subito sordidi  
 isti revertuntur solita nequitie machinamenta iteraturi.  
 Turbatur infirmus, exclamat Subprior: Commenda te angelo custodi.  
 Respondet, Sunt multi angeli hic. Impugnans interim illi, re-  
 sistit ægrotus, crucem quam habet in manibus opponit pro  
 clypeo, pariterque dexteram Subprioris manum elevans  
 contra spirituales nequitias se defensavit, neque tamen vel  
 sic abacti sunt. Instat amplius Subprior his verbis: Frater  
 Benedicte, commenda te B. Virgini, dicas: Maria Mater Christi  
 ora pro me, Maria mater misericordie ora pro me; fecit quier-  
 vit, nec ultra turbatus est; sed quasi in extasim raptus

aliquantulum saltavit, iterumque ad se reversus inquit: O bone Deus, ego fere discessissem, sed debeo prius audire Nostram et communicare: ~~locutus~~ locutus sum in his quae dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Et iterum ego sic volo mori, ut possim sepeliri post summum sacrum circa duodecimam. Ita dictum ita factum est. Datum haec aguntur P. Josephus de Verdun accurrit, salutat infirmum, resalutat ille, petit absolutionem generalem, Ordinis jubileum sacram communionem nostrae domus suffragiorum participationem, votis annuitur et a desiderio suo non frustratur. Orationes interim agonizantibus secundum rituale Romanæ praelegi solitas legit S. Prior, repetit omnia ad verbum infirmus, venit ad litanias omnium Sanctorum, respondet tanta cum discretionem et iudicio ut ne semel quidem in respondendo vel syllaba una erraverit, presentem in omnibus verbis et actionibus animum, et firmans demonstrans iudicium. Interrogatus a Priore de fide, spe, caritate, ut moris est, plenus fide, spe, caritate sic respondit ad omnia, ut omnibus admirationem et edificationem pareret. Rogatus insuper utrum infirmitatem in peccatorum suorum remissionem et satisfactionem toleraret? Respondit, non semper ita, sed iam per Dei gratiam patienter fero. Inchoatur interim in sacello infirmatorii sacrosanctum Missae sacrificium, oral summo cum fervore, incredibili cum devotione communicat. Interrogatur post paululum a Priore. Quid est, carissime frater quod suscepisti? magna cum devotione et reverentia respondit, Dominus meus et Deus meus. Tandem circa tertiam matutinam Congregationi universae, quae infirmum fratrem ante divini inchoationem officii caritative inviserat, valedixit, gratias pro acceptis beneficiis reddidit, orationibus institit donec finitis Gaudibus circa medium quintae in medio fa-

Arum fratrem repatriantem precibus suis concomitantium felicem animam Deo creatori suo feliciter redderet. Moriatur anima mea morte justorum, et fiant novissima mea horum similia, Amen. Hæc relatio ex epistolis Subprioris et Theologi lectoris in Aurea valle excerpta est.

Quidam Cisterciensis Ordinis religiosus in Moguntina ditione monasterii Eberbacensis sacerdos professus nomine Gasparus Solle ab Hamio milite in pago Cesterich interceptus est, multum direxatus, et tertio demum die pudendo mandato avirari jussus. Adsumt lictores, ligatur, denudatur, ipsemet capitaneus nefandum urget opus. Anxiatur sacerdos venerabilis, omnique humano destituitur auxilio, doctoris melliflui mellifluum nomen inclamat ita dicens: Sancte Bernarde, jura me in hac tribulatione. Nec defuit Pater sanctus periclitanti filio: nec mora, repente obstupescunt carnifices rigent brachia, non manum movere, non appropinquare possunt. Accelerare jubet capitaneus, stricto gladio mortem minatur ni festinent, excusant illi, divina quadam virtute se teneri affirmant, ex quo enim, inquit, monachus ille dixit, Sancte Bernarde, jura me in hac tribulatione omnibus repente viribus destituti et penitus enervati sumus, sique operarii iniquitatis recesserunt, liberatus est. Innocens, et magnalia Dei Patrique sancti deprecare non cessat.

Religiosa quaedam virgo Catharina nomine, natione Moguntina, Ordinis Cisterciensis professa in Valle Dei Bingenia quondam Priorissa nunc senior capta est, et a capitaneo quodam Sueco in templum ejusdem monasterii deducta, ut ibi statuam quamdam pulcherrimam beatissime Virginis conspiceret, hancque valde

metiosam, qua ornata erat conscenderet. Horret virgo ad facinus, nec  
 Deipare Virginis virginalem effugiem se unquam confracturam, nec  
 Agam conscinuram asseverat. Instat ille, recusat illa. Trascitur ille,  
 lachrymatur illa, provolvitur in genua, orat, supplicat, sed ne-  
 quit flecti marpesia cautes, imo amplius urget. Cum ergo tanto  
 in conflictu virgo illa Mariam Virginem invocaret, repente vice-  
 capitaneus, cui cura Evertacensis monasterii a Sueco demandata  
 est, vir bonus, et ut apparet catholicus supervenit, suetur virginem,  
 arguit capitaneum dicens: Dimitte illam, quid enim tibi pro-  
 derit, si imaginem confregeris, et quid nocbit si intactam reli-  
 queris. Audiens hæc religiosa virgo, et se patronum invenisse  
 exultans nefarium opus recusat. Cumque ille filius perditionis  
 nec lachrymis virginis nec vicecapitanei monitis flecteretur, sed  
 magis magisque fureret, et meretricem inclamans in omnibus  
 sibi obedire debere protestaretur irruente super ipsum manu  
 Domini corruit in terram spumans et frendens, phrenesi-  
 que correptus a templo in pagum vicinum translatus est,  
 ubi sceleris sui penas amens et rabiosus Deo vindictam  
 exigente huc usque persolvit.

Aliam quamdam virginem Ordinis Cisterciensis  
 in Franconia eques Suecus prope sylvam quandam de-  
 florare soluit, illaque se defendente et Peginam vir-  
 ginum invocante irascitur miles, sclopetum arripit, vir-  
 ginem petit, sed frustra ludit operam, murus æneus, aut  
 adamantinus virginem pectus est. resiliunt glandes, no-  
 cere nequeunt, obcecatus ille secundum ictum secundo  
 frustra appropiavit. Cumque incassum se laborare conspu-  
 ceret furis infernalibus, spirituque fornicario agitatedus tertio  
 aggreditur virginem, resistit fortiter virgo, seque Virgini Mariæ  
 commendat. Nec mora subito vicina e sylva miles ignotus

procedit, et quasi alter phinees zelum zelans stricto ense  
Lascivum et sacrilegum a tergo confodit, et statim disparuit,  
sicque religiosam virginem virginum Virgini consecratam  
oremque innocentem de ore Leonis liberavit.

Hæc duarum religionum Everbacensium ab abbate  
suo Colonia ad Auream vallem mense Maio anno 1632  
mirarum fideli narratione relata testamur. Tres alii Ever-  
bacenses occisi sunt et frater quidam Conversus in carcere  
inedia confectus interiit, sed cum rei seriem et ordinem  
ignorem non adjeci. Hæc ex communicatis mihi cartis  
descripsi.

Prima hujus anni arma Gustavus rex in Alsatia exer-  
cuit, Gustavo Hornio sub finem mensis Januarii in eam  
provinciam allegato, ut Lotharingos Argentoratenses graves  
ac molestos pelleret. Ad Casare in Alsatiam Carolus Lottha-  
ringie Dux cum suis copiis missus fuerat, ut provinciam  
illam a Suecorum injuria tueretur: atque inter alias  
Hailbrunnam urbem imperialem presidio tenebat.  
Ad hanc expugnandam Hornius primum movit: eaque  
paucos intra dies in deditionem accepta, mox ab Argen-  
toratensibus pecunia et milite auctus Friedburgum, Di-  
burgum aliisque ad Rhenum oppida in potesta-  
tem redegit. Sicque tota fere Alsatia in Suecorum  
manus devenit, cum Francus Lotharingum copias suas  
revocare coegisset. Palatinatum deinde inferiorem Hornius  
ingressus nostro Aisenstello, Landavia, Saissemburgo ac  
demum Brunsfeldia ejecit. Auctus deinde Bernardi mira-  
riensis Ducis copiis mense Febuario contra pacta Bam-  
bergam presidio vacuam, aliisque illius Diocesis loca occu-

parit. Dum hæc ab Hornio agebantur Gustavus rex conjugem suam  
Hedino, et Fredericum Palatinum ex Bavaria (ubi hæctenus latuerat)  
ad se venientes Francofurti ad Moenum peramantor excepit.

Eo inde Quercus 5 Calendas Martias Francofurto Moguntiam pro-  
fectus copias Cuccenco oppido (quod Hispani in Palatinatu in-  
feriori tenebant) admovit, et sexto die expugnavit Hispanis in  
arcem refugientibus ac demum cum armis ac sarcinis Hagenoam  
dimissis timendum ne in ditione Coloniensem tandem dilapsus  
fuisset nisi Deus eum alio divertisset. Cillius enim resarciende  
Lipsiensis cladis cupidus 6 Nonas Martii ex Bavaria et superiore  
Palatinatu duodecingenti millia militum cum 22 tormentis contra  
Hornium educit: factoque per Noricum itinere Altdorfum  
Laustam aliisque oppida expugnat. Audito Cillii adventu  
Hornius qui ad 12 millia militum penes se habebat Bamber-  
gæ intra mœnia se continere decrevit. Cillius Nonis Martiis  
urbem aggressus, ad duo Suecorum millia trucidavit: totus  
que Hornii exercitus eo die deletus fuisset, nisi ruptus ab hosti-  
bus pons Hastadianus nostros in eo reficiendo detinuisset. Cillius  
vero ubi Bambergam intravit cohibita militum licentia qui  
Suecorum impedimenta jam depredati erant, civium ædes  
ac fortune bona intacta servavit.

Quis interim sensus Summo Pontifici, quæ consternatio  
in Romana Curia videamus. Papa jam non modo preces  
expetit sed ut opem, consilium, et adiutorium in commune  
conferamus.

Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis et episcopis, nec  
non clero, religiosis viris et omnibus Christi fidelibus Ecclesie  
catholicæ.

Urbanus Papa VIII

Venerabiles fratres et dilecti filii salutarem et apostolicam



benedictionem. Unanimi catholicae Ecclesiae consensu sine intermissione  
 flava ad Deum oratio, praesertim cum ipsum ecclesiae caput in  
 terris a Domino constitutum presidium e caelo suppliciter  
 implorat, quam sit efficax remedium calamitatibus impenden-  
 tibus docet sacra pagina. Hinc nos praeteritis amice Generabiles  
 fratres vos universos apostolicis litteris excitavimus ad congre-  
 gandos ceteros fideles, et placandam iram divinae ultio-  
 nis, dum legationibus uteremur ad sedandas tunc exortas  
 motus, qui christianum orbem summopere turbare posse vi-  
 debantur, catholicosque Principes inter se committere. Nunc  
 autem praesentia rei catholicae pericula hortantur nos ad  
 eandem operam pari ratione quaerendam in eisdem Prin-  
 cipibus animorum conjunctionem inserere satagentes. Itaque  
 ad Patrem misericordiarum Deum cum fiducia confugimus,  
 stamus ad ostium et pulsamus, ut qui se a famulis suis orari  
 gaudet, optatos nos tandem dono publicae quietis consoletur.  
 Quamobrem expedire existimavimus solennes Jubilei  
 supplicationes indicere, ut nobiscum Ecclesia universa con-  
 jungat officia pietatis, quibus super humanam malitiam  
 praestabilis divina bonitas quod ex animo et omni tem-  
 pore petimus, multiplicatis intercessionibus largiatur. Plane  
 si audita vota nostra fuissent, et preces sumere possemus  
 stolam jucunditatis et gratulari pacem principibus catholicis:  
 perseverantes tamen quantum in nobis est, omnia presta-  
 mus quae ad obtinendam tranquillitatem et incolumitatem  
 religionis catholicae conferre censemur.

Hanc autem, cui reliqua omnia postponimus non solum  
 ordinariarum, sed etiam extraordinariorum Nuntiarum, quos  
 ad Caesaream Majestatem, et utrumque regem mittimus  
 geminatis officiis, omnique conatu consequi studemus; et con-

fidimus fore ut instructi vestris monitis, quibus eos non sine prudentium  
 Cardinalium consilio munivimus ingruentia confestim discrimina possint  
 avertere, et bono publico, fideique catholice effectus parere salutaris.  
 Utinam hæc nostra pastoralis muneris sollicitudo divina favente  
 clementia afferat, ut alias similis nostra opera successus optati fru-  
 ctum. Veruntamen ne quid intentatum relinquatur hortamur  
 omnes ex domino grege prout proleat quisque gratia apud ali-  
 quem ex catholicis principibus ad accurate incumbendum, ut tur-  
 bines excitati compescantur, et fiat expetita tranquillitas quam  
 sperare possumus sublatis e medio iis, quæ sunt in causa ne  
 eorundem principum animi vinculo veræ caritatis conjuncti  
 in concordiam coalescant. Ex mutuis autem quæ hinc inde  
 jactantur expostulationibus, quæ tam salubre opus impediunt,  
 satis patent, nec deerunt rationes, quibus ea pii prudentesque  
 viri amoliantur. Quis enim non videt, nisi discordia disjun-  
 geret principes catholicos neque hæresim neque infernum  
 posse unquam præterefacere Ecclesiam? Quamobrem cum  
 aliquando humani labores in irritum cadant, Venerabiles fratres  
 et dilecti filii jactate in Dominum, cogitationes vestras robo-  
 ramini, et omne studium intendite, ut imminentia mala pro-  
 pulsetis armis orationis et fidei. Apostolo enim docente Gedeon,  
 David, Samuel et Prophete viceunt regna, adepti sunt repro-  
 missiones, extinxerunt impetum ignis, castra verterunt exte-  
 rorum, obturaverunt ora lionum. Prope est Dominus omnibus  
 invocantibus eum in veritate. Itaque nos etiam qui inter  
 hæc tempestates sedemus ad regimen navicula Petri cum  
 eo ex toto corde, et supplici voce clamamus, Salva nos  
 Domine dum fidelis congregatio effundit coram te corda  
 sua. Deus adjutor noster in æternum in te faciemus vir-  
 tutem, et ipse ad nihilum deduces tribulantes Nos, salutare

fraternitabilis vestris, et universo gregi catholico solatium a Domino prestolamur, vobisque apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romæ sub annulo Piscatoris die prima Aprilis 1632, Pontificatus nostri anno nono.

Has epistolas Nuntius apostolicus <sup>Joannes Ciampolus.</sup> ~~etiam~~ ad V. P. Priorem direxit, qui jussit eas in Conventu legi.

Admodum Reverende Pater, clarissimis undique elucet argumentis quantum sanctissimi S. N. singularis pietas ac catholica religionis ardor ad uniendo principum christianorum animos turbulentis hinc temporibus incumbat. Cum autem ad celestis ultionis iram placandam nullum efficacius haberi possit remedium, quam conjunctæ proorum ad Deum Patrem misericordiarum preces, voluit Sua Sanctitas cum fidelium omnium tum imprimis ecclesiasticorum animos paterna exhortatione excitare, quatenus non mutuis dumtaxat orationis suffragiis sed aliis etiam officiis quibus possent oportunis ad concordia christianos inter Principes unionem reconciliandam sedulo elaborarent. Quamobrem litteras apostolicas ad Paternitatem tuam hinc nostris includimus obnixæ eam rogantes, ut non mutuis dumtaxat precibus, sed aliis etiam suis ad hunc finem hortando sanctissimo sue beatitudinis intento cooperare satagat, quod ad presentem Ecclesie necessitatem, et ad divini cultus conservationem utilissimum fore confestimur. Vale.

Pruxella, 7 Maii 1632. Fraternitatis tue studiosus subsignat

fr. archiepiscopus Compsanus.

Cæsar etiam non ignarus humana auxilia nihil posse ubi celeste deficiat edicto publico suos omnes subditos ad iram Dei placandam, ejusque adjuvicem manum implo-

randam est cohortatus. Utroque alius exemplo præiret conscientia a noxiis expiata sacram signazim frequenter sumpsit; et concionibus, supplicia-  
tionibus, aliisque functionibus ecclesiasticis assidue interfuit. Quomodo  
similia pietatis exercitia in monasterio et in civitate fuerint facta,  
infra dicemus, nec omnino frustra quamvis omnimodam cladem,  
que Ecclesie et Belgio imminet, non potuerimus avertere, non  
tamen hostes prevaluerunt, sicut et quantum intendebant.

Nihilominus hic annus atque sequens pluribus principibus atque præ-  
latis fatalis fuit cum quibus et hoc volumen absolvere intendo,  
incipiamque vela contrahere et vitam R. P. nostri D. Brunonis  
rudi minima describere, quæ pro Epilogo Historie nostri Ordinis  
inseriet: quam quidem elegantiori stylo descripsit D. Gerardus  
noster sed adhuc non satisfecit, non enim res omnes gestas  
satis luculenter descripsit, quas supplere intendo ut alia copio-  
siorem materiam scribendi suggeram, et forte prudentie vias  
edoceam, quamvis et verbis D. Gerardi sæpius utar.

1632 obiit R.  
P. Bruno d'Aff-  
ringues.

Anno 1632 obiit R. P. D. Bruno professor et nuper Prior  
domus Majoris Cartusie, et alias Prior domus Villenove habens per  
totum Ordinem (cui sapienter mansuete et benigne et vere  
paterne 32 annis præfuit) triplicem cum præteritis Monachatum,  
et Missam de B. Maria, et Anniversarium perpetuum scri-  
bendum in calendariis domorum sub die obitus sui, qui fuit  
6 Martii.

Natus est in peretusto Morinorum oppido, quod a  
fano S. Audomari nomen habet, ex honesta familia d'Affringues,  
nomen ei Carolus in baptismo impositum est. Prima litterarum  
elementa puerulus adhuc adeo adamavit ut sibi de cibo, somno  
et lusu detraheret, ut eis vacare liceret: frequentavit autem  
scholam bonorum infantum, quæ subiacet administrationi et  
directioni Cartusianorum; in eaque fuit didascus Maximus

de Balinghem celeberrimi nominis pollebatque optima methodo docendi humaniora, hinc non paucos habuit commensales etiam a remotioribus partibus Flandras et Germanas. De hac uno conqueri visus est Carolus quia plerique pueri infecti erant heresi quam cum lacte matre hauserant et imagines in libris lacerabant, sed et quidam pædagogus sic temporis ibidem occulte heresim fovebat et eam teneris animis astute instillare moliebatur, verum cum frequentaret ecclesiam nullus id suspicabatur de eo, minus ipse puer artes et astutias deprehendere potuit quibus ad suam sectam allicere nitabatur, cujus unicum studium erat litteras addiscendi, sed grandior factus agnovit pericula quæ evaserat non accusans Cartusianorum suorum incuriam sed malitiam temporis, et Deum laudans qui eripuerat eum de laqueo venantium. Et hæc erat communis querela istius temporis pueros educatione domestica, vel una cum litteris falsas et peregrinas opiniones a recta fidei formula addiscere, hinc non esse mirum si grandiores facti in apertam heresim prolaberentur, aut ruptis claustris apostate evaderent, ideo laudanda Dei providentia quæ excitavit Patres Societatis ut una cum litteris vel maxime fidem, pietatem et bonos mores juventutem edocerent, nec audiendus modernus scriptor qui reprehendit religiosum virum in corona juvenum secularium commorari, non enim omnes religiosi monachi sunt, qui solitudinem profitentur, illi vero utramque vitam et contemplativam et activam amplexi sunt neque habitu a ceteris ecclesiasticis discernuntur. Carolus vivacitate ingenii coæta-  
neos suos supergressus dum hi adhuc herent inelementis latinis addiscendis quæ jam didicerat proprio motu grecis

operam dedit. Memoria tam tenaci felicique fuit, ut auditam semel  
 Aethereos alicujus recitationem, e vestigio nihil immutata rerum aut  
 verborum serie potuerit eodem sono verborum, sententisque reddere,  
 quod ipsis quoque ludimagistris stupendum visum est ac mirabile.  
 Consculendis quoque poematibus tam graeca quam latina gallicaque  
 lingua summo opere delectabatur, et versus Gallici quos adolescentior  
 in septem psalms praenitentiales conscripserat, postliminio ad eum  
 in Cartusiam transmissi sunt Audomaropoli.

Plenis, ut ita  
 dicam, velis per  
 scientiarum  
 oceanum ju-  
 cunde secun-  
 deque Carolus  
 navigat. Credecennis missus est Lutetiam Parisiorum, quod in ea urbe  
 rebus in arce studiorum artium liberalium professio floret,  
 ac omnium pene gentium concursus ad eam fieret argumento  
 sit, quod per ea tempora, quandoque supra octoginta millia  
 studiosorum censu habito numerata sit. quantumvis septis  
 unius collegii Audomarici (cujus jus patronatus ad Galan-  
 dinam familiam spectat) coercetur, per varia lycea discur-  
 rebat ut varios e cathedra disserentes sophos audiret, uno  
 igitur eodemque tempore philosophiae, theologiae, medicinae,  
 praesi, cultui variarum linguarum navavit cum praenitentiam  
 operam, sed cum studia haec tumultuaria turbarent potius  
 quam firmarent ejus memoriam ab illa praecipiti immo-  
 derataque studiorum helluatione retraxit pedem neque  
 diversa amplius frequentavit collegia, sed biennio mansit  
 secum repetens et ruminans quae dederat, incepit res om-  
 nes et scientias dividere, distinguere atque encyclopediam  
 sibi comparare, Pandectas etiam conscripserat, ex dictatis suis,  
 quarum facturam, cum plagiaris nescio quis furto sustu-  
 lisset, per omnem vitam semper planxit.

Parisiensi Academia relicta litteras toto orbe fugientes  
 persequi, ac imprimis Italiam praeter constituit: quo in pro-

*Dominus de ritque dirigeret filius adolescentior D. Pellami qui hodie  
Pilei dicitur.*

cinctu datus est illi comes aut potius metator hospitiorum (ait  
D. Gerardus) quem formaret in moribus, et in brevis vite  
que preest arci Iffensi non procul Massilia, cum quo Cau-  
rinum profectus usque adeo in illius universitatis luce  
innotuit, ut dux ipse Allobrogum Emmanuel Philib-  
bertus eum in filii sui Caroli Emanuelis pedagogum ads-  
ciscere cogitavit. Sed hic non ignorans quanta sibi facture  
libertatis, que fere perit in aulis nobilium, ut suorum  
cursum studiorum (quod unum illi cordi erat) proseguere  
posset quæsito alio excusationis pretextu onus hoc a se amo-  
litus est. Inde digressus pervenit Patavium, ubi professo-  
rem Menochium legum doctorem esimium aliquan-  
tis per audit. Atque non multo post Venetas adit, ubi  
que viros doctos scrutatus, ubique quærens, quod in sinum  
pectusque demitteret. Nec his contentus angustias Atrani,  
Romam quoque caput orbis orthodoxi lustravit, ibi quid-  
quid memoria dignum quidquid rarum aut recondi-  
dum habetur accurate perinvestigavit. Cum iter relegens  
in Galliam, aliquandiu Carpentorati subsistit, nec sine  
fructu, quippe qui maximum ibidem dedit specimen  
eruditionis. Quidam enim nobilis intendebat propinquam  
suam in secundo gradu collateraliter ducere in uxorem, multi  
sustinebant prohibitam esse jure divino, neque Papam posse  
dispensare in eo gradu; noster defendit quod sic, et esse  
tantum juris positivum, et tot argumentis et rationibus  
probat ut contraria opinionis doctores in ejus sententiam  
concederent. Quapropter honorario 50 scutorum et Regæ da-  
mascenæ ab eodem nobili donatus fuit. Cum hujus viri

fama ad aures Carpentoractensis episcopi pervenisset constituit eum supremum economum suae domus, et cum vicariatum suae dioceseos obtulisset, quantumvis impar ejus virtutibus et existimatione minus acceptavit. Ductus est non multo post altera dignitate generalis Auditoris in Temporalibus, quo officio velut ambidexter haud functus est per plures annos. Primarii hujus civitatis et patriae sollicitabant eum, ut uxorem duceret, quare alii suam filiam, alii suam nepotem aut propinquam ultro offerbant. Imo quaedam vidua juvencula ex ditioribus et nobilioribus multa instantia facere juvenis animum expugnavit, quamvis se tenuem et peregrinum hominem fateretur, nihilominus amor praevalerat, sibi abundanter omnia sufficere respondebat, pro ipsis duobus; erat enim D. Carolus non tantum eruditionis fama inclitus sed etiam aspectu decorus. Ut ab his igitur sollicitationibus sese liberaret. Sacris se initiari permisit, non tamen Missam cantavit, et cum hujus rei rationem exposceret, antistes respondebat occultam sibi esse et arcanam, quam postea ipse enot cogniturus et approbaturus, jam enim intendebat Ordinem Cartusiensem amplecti, quem sciebat diversas habere a secularibus caerimonias. Successu temporis cum fama virtutum et integritatis ejus percrebuisset Gregorius XIII Pontifex Romam virum accivit et tanti eum fecit, ut curam praetorii sui ei commiserit Avinionae et Carpentorati quandoquidem per tumultus bellicos difficile esset Romam appellare aut adire.

Propter multas  
 diligentes has oc-  
 cupationes, quae aliquando receptui cavere nec diu cunctatus profectus est,  
 et requiem  
 non habebat ad matricem Cartusiam exemplo praecipue motus Guliel-  
 mi Chrysolmei olim Dumblanensis in Scotia episcopi nunc  
 Narionensis qui ex Barone ad Insulas erectus fuerat, et in Car-



Ausia eadem monachismum nuper professus erat, quod multis machinis aut molitionibus a Summo Pontifice Gregorio quoad vixit impetrare non potuerat, sed posteaquam fato functus fuerat, amuit Pictus V.

Studiosè celavit episcopum Carpentoratensem hoc propositum suum a quo sciebat se diligi quippe qui universæ domus ejus et diocesæ curam gerebat, et vereretur ne impedimentum adferret, et auctoritatem Summi Pontificis interponeret. Communicato igitur consilio cum episcopo Vasionensi prædicti Chysolmei nepote, et rationibus in unum collatis et optime digestis una cum eo profectus est ad Cartusiam. Ibi tum præsul ad Hieronymum Marchantium Priorem et Ordinis Generalem ministrum (qui domo Auchianus vir omnium calculo sanctissimus habebatur, et in vita, et post fata sua miraculorum gloria claruit) ita præfatus est: Reverende Pater, adduco tibi convivalem Reverendum Patrem mox futurum. Nec vanus vates fuit, ut ergo præsagium conjectoris effectum consequeretur divina adgubernante Providentiâ initiatus cellæ est, intraque triduum detonsus in monachum\* nullo alio usus est magistro quam ipso Hieronymo Patre Generali quo dirigente primitias sacerdotii<sup>ab</sup> anno initi celebravit, et ad posthuma caritatis sui

\* Cui ne quid adhereret, de fermento veteri proprie excellentiæ, fastus et complacentiæ ob honorem suum, quem simul et semel propter crucifixum despexerat, increpabatur frequenter ab eo, qui censoriam virgam pro potestate gerebat Marchantio, reprimebaturque subinde his aliisque hujusmodi verbis: Tu nimis avidè et plusquam satis de ligno scientiæ boni et mali comedisti: gusta nunc et vide quam maris sit Dominus, pete ab eo spiritum gratiæ et precum et dabit tibi ex adjuncto spiritum Ordinis fastus omnis inscium. Ex relatione V. P. Agathangeli Le Clerc Prioris nostri.

perrenit huncque recurrente anniversaria luce initiationis conceptis verbis, ut moris est in sacramenta Ordinis juravit Calendas Aprilis ipsius febris S. Hugonis anno 1591, ætatis anno 45. Cum Carolus prius vocaretur, P.P. nomen S. Brunonis ei imposuit, quod animo presagiret, illum ejus vestigiis institutorum, sibi autem hoc chronographicum composuit:

Soli Verus sacer Hugo! sa Cra VII o Vant!

Me Christo et Carolo Br Vno sa Crate VII.

Decimo post professionem die scriba Capituli generalis et senior renunciatur, nec mirum, jam enim P. Pater doctrinam et experientiam viri tempore Novitatus sui cognoverat, ex lite quadam quam ei revisendam tradiderat, et indicaverat, Cartusianos non bono niti fundamento, et propterea lite casuros contra opinionem et sententiam quatuor advocatorum quos tunc officiales Cartusie maluerant sequi et mille scutatorum facile damnum incurrunt. Posthac vocatu rogatuque P. Patris Generalis cum ad cœsuram secundi Nocturni matutinarum officii perventum esset, etiam Novitius egrediebatur pene sequens officiales Patres, ut cum eis de regimine domus et Ordinis tractaret. Officio scribae per quadriennium functus mittitur in Provinciam ac Arminionensis Prior Visitatorque cum imperio creatur. Domum ibidem debitis operatam invenit, in brevi collabentem ita restituit, ut aliam quoque domum condere posse putetur. Successit Generali P. Hieronymo defuncto Joannes Michael Constantiensis, cui cum explorata virtus et industria Patris d'Affringes esset ad intima cum eo consocianda consilia frequenter ad Cartusiam eum invitabat. Quo e vivis sublato successus est illi dignissimus omnium suffragio P. Bruno, cui ante Generalatus officium nihil de Generali defuit. Inauguratus anno 1500. Primum ad quod manum misit sarta secta supellectilisque sacra restauratio fuit, siquidem fæde omnino direpta fuerat ab hereticis Cartusia, et spatiosam

Aer conflagravit. Accessit rei familiaris accisa exagitataque ab injustis incubatoribus facultas dum seriente per circuitum heresi omnia replerentur rapinis et opprobrio Cartusienae nomen pateret, nec esset, qui se murum pro domo Dei objiceret aut ex adverso staret. Rustici vicinorum praegorum occupaverant montes et sylvas integras pertinentes ad Cam Lusiam contra quos brachium seculare implorandum fuit et his intendenda, interim non desistebant percutere famulas, mulos rapere plura minari ut Cartusiani debuerint precibus et supplicationibus placare deitatem et sibi propitiam reddere. Tandem quidam eorum magis protervi carceribus coerciti, vel in effigie suspensi aut aliter mulctati ceteri conquieverunt et pax reddita est etiam a militibus qui villas et granngias, Cartusiae vicinas depredabantur, deerant tantum incolae, sed et Deus benignissimus eis providit. Nam cum ad Cartusiam pervenit R. Pater facile 32 aut 33 Novitios invenit quos R. P. Joannes Michael praedecessor ipsius sanctae memoriae vir totus spiritualis ac divinus ad Ordinem susceperat ac erudierat, quos tamen ipse per varia loca dispersit ac deserta suo tempore replevit, ut singuli singulas

D. Desmarez, cellas haberent more antiquo. Tribus autem consultoribus seu fuerat adhuc  
 Vicarius Cartusiae assessoribus in omni negotio Ordinis utebatur, quorum alter An-  
 sub R. P. Hiero-  
 nimo, ad quod  
 officium revoca-  
 tur a Praeside domus  
 Allionis.  
 Anonius Desmareus Vicarius Cartusiae Novitiorum curam agitabat,  
 totumque pondus dici spiritualis et castus in se susceperat.  
 Secundus Franciscus Bessius economica negotia tractabat. Ter-  
 tius denique qui nunc ad gubernacula domus et Ordinis totus  
 sedet, ex assessore successor ejus in cathedra locatus R. P. Justus  
 Perotus Amanicensis officio fungebatur. Ipse vero inter  
 tres hos medius quasi generosus ligni vermiculus caelestis in-  
 genii ornamentis et immensitate scientiarum excellebat, tra-  
 ctabatque non indiligenter quae facerent ad notitiam priscae  
 status. Quo tempore Cartusia acquisivit duo territoria sive do-

minia, ac facile pro centum millibus florenorum reditus empti sunt, quamvis in Hollandia et alibi in terris nimirum divitis etiam alii venditi sint.

Quid attinet dicere quanta celeritate Argentinensem asseruit Cartusiam aliasque fulcivit? Certe cum utrimque minae graves intercederent, hinc Rudolphi Caesaris Argentinensibus interminatis vastitatem in Cartusiam suburbanam, quam everterant, restituerent. Inde Henrici IV Navarræi pares aut æque graves in domos Ordinis Gallicanas, nisi Caesar Argentinenses infestare desisteret, sua solertia id effecit, ut et Argentinensi Cartusie simulque aliis omnibus per Galliam cautum esset via nimirum transactionis. Unde Argentinenses legatione ad eum missa plurimas ei gratias egerunt, quod reipublice per eum pax parva redintegrataque foret, et nihilominus indemnitati Ordinis satis esset prospectum.

Reor Francie ex  
sulis rectigallibus  
Bostomagi regi  
piendis dat. Car-  
tusie Molophemium  
translatæ 5 aut  
6 millia flore-  
norum pro  
pecunia quam  
mutuo acceperat  
a republica  
Argentinensi.

Accidit aliquando ut Maximilianus Rudolphi Caesaris frater iter in Italiam institueret; cumque per Allobroges transeundum illi esset motus fama nominis ejus et Cartusie majoris visende desiderio deflecteret a cepto itinere; Cartusiam igitur ingressus dissimulato habitu per interpretem loquebatur, lustravit domum, et ad aliquod tempus ibidem moratus edificationem non minimam inde reportavit. Id autem aestatus est per litteras cum jam Venetias appulisset, gratias siquidem pro hospitalitate plurimas egit, et duo magna reliquiaria affabre facta suo tempore misit, pollicitus insuper se domorum Ordinis per Pannonias et Germaniam protectionem cordi habiturum, atque moriens decem millia ducatorum domui in Inals comitatus Tirolensis legavit.

Coto spatio Prioratus sui pacem temporis habuit non tamen usquequaque ab omni persecutione liber fuit. Imo aliquis Patrum dicit quod plures tribulationes ipse solus sustinuit ab uno apostata Paulo de la Bavois, quam om-

nes personæ Ordinis simul. Et quamvis Eminentissimus Dominus Edoardus Cardinalis Farnesius protector Ordinis facessiverit aliquando negotium R. Patris Generalis ad querelam quorundam inquietorum ad aspectum Amen hujus Deus immutavit plane cor illius ut causam Generalis susciperet defendendam imo et commendavit Nuntiis apostolicis qui in Belgium mittebantur quo miser ille divererat, et Bruxellis sub protectione Principis Ariaci quasi domesticus degebat, tandem in Hollandiam et Angliam usque penetravit ibi finem, quem decuit apostatam et calumniatorem accepit. Quid aliud enim agunt detractores iniqui quam digitis emungere candelam ut clarius luceat, celebrius redditum est nomen Patris Generalis et carius dilectum ab ipso præcipue Cardinali Farnesio qui moriens in ejus gratiam legavit Cartusie mille scuta ad argentream crucem conficiendam cum sex candelabris.

*De doctrina D. Brunonis testimonium.*

Inter eos qui posteros gravare novis scripturionibus perthesi nihil scripserunt quantumvis optime a doctrina et scribendi dotibus constituti ingratisime agam si magnum illud superiorum proxime annorum lumen Brunonem d'Affringues intactum dimittam. Vir erat virtutibus præcellens et prudentia ac regendi facultate omnino eximius omnigenæ vero litteraturæ opibus adeo abundans ut vix alius nostra memoria amplius: quam ille disciplinam sacram aut humanam non percalluit? quæ adyta litterarum non penetravit? Ad. ejus relictis continam, e præcipuis Christiani orbis regionibus accurrebant qui doctrinæ oracula captarent: et referebant solida nullisque ambiguitatum pleculis impedita. Beati sunt qui se viderunt (virocum optime) et in amicitia sua decorati sunt. Nam nos ita vivimus tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum. Dixit de Elia Siracides. Ego de homine, in quo zelus Elie Ordinis bonum revixit idem non absurde profectum. Theophilus Praepod. e Soc. in Brunone Sclita mystico.

Plurima B. P. Brunonis scripta simul collegisse, aut eorum copiam pulchro, quo valet chara Aere, descripsisse dicitur nepos ejus, qui etiam Bruno d'Affringues nuncupatur professor Cartusie et nunc Vicarium agit in S. Audomaro.

Nec subiciendum quod Bellarminus Cardinalis eum tanti fecerit, ut in electione Summi Pontificis dixerit duo tantum obitare quo minus ad supremam illam in terris cathedram ereberetur Prior Cartusie Bruno noster, decretum nimirum de non eligendo alioquam Cardinale: itaque de non adsciscendo alio quam Italici nominis viro. Vidi etiam epistolas R. P. Justi Serrot quo testabatur ad regimen etiam multorum populorum natum fuisse. Animus Brunoni a natura erat, magnarum rerum avidus, scientiarum percupidus, et quod magnis ingeniis familiare Leonina iracundia generosus, si quid tamen a passione sua in quempiam peccatum foret damnum pluribus resarciebat obsequiis, plane sese ei obnoxium reddebat, idque ex benevolentia ut officiales qui ei familiaribus adhaerebant dicere consueverunt. Bonum enim R. Patri hilem aliquando movere, ut pluribus ab eo deinceps beneficiis et amicitiae significationibus afficerentur, portentum putabat si quem propriis laudibus audiret oblectari hinc quando aliqui assererant se nominis illius fama collectos advenisse, tunc maxime studebat humilitati, et religiose simplicitati nihil respondendo aut simplicem et rusticanum monachum profitendo. Corpore fuit robusto et valido dispersionis igneae tam castus ut non minus pudicitiae quam sobrietatis existimatione semper (etiam sub secularis vestis schemate) celebris extiterit. Sobrietatis et aversionis a poculis specimen insigne tunc dedit cum a R<sup>mo</sup> Presule senatusque sacratione Audomarensi legatione missa revocaretur in patriam (agebat tunc Carpentoracti) ut archidiaconi susciperet officium, renuit allegans sibi cum patriae moribus non satis convenire, ut qui poculis et laxamentis genialibus jam desueverisset. Quapropter in Franciscum Lucam (cujus extant Notationes in Biblia) declinatum est onus.

Hoc autem elogio ei parentatum est a Cartusia Leodiensi.  
Anno Domini 1632, 6 Martii, obiit in solitudinibus Cartusie

majoris Reverendus in Christo D. Bruno d'Affringues ejusdem Car-  
 tuse Prior, ac totius Ordinis minister Generalis, qui sum. vixit  
 tam incorrupta fuit animi et corporis constitutione, ut in hoc  
 fuerit Moysi comparandus: nam octogenario non caligavit  
 oculus, nec dentes moti sunt, in hac vero morum ac rerum divi-  
 dia qua frangi quandoque solent. Etiam regentium animi, tam  
 eminenter Ordinem totis 32 annis rexit ut et mitissimus habe-  
 retur et contra excessus subinde gladio levi armaretur. Suffra-  
 gator itaque bonorum, malorum vero subjugator, tenere com-  
 patiendo, facile remittendo, prompte subveniendo, sicut disci-  
 plinam regularem fuit, ita reverentiam sui impetravit. In  
 hoc angusto nihilominus virtutum consessu ita fuit humi-  
 litate depressus, ut nemini se præferet, omnes sibi: In nego-  
 tiorum vero compositione, quas in secreto cubiculi sui exeruerit  
 vires Roma, imperium, Gallia testabantur. Sed cum non justi-  
 ficetur in conspectu Dei omnis vivens, duobus annis destitutione  
 virium ex apoplexia et paralyssi laboravit, Deo ita stelo nes ani-  
 mi purgante ut instar arboris bonæ fructum patientiæ cum  
 aliis feret, quem Amen in Eden felicitatis æternæ necdum  
 forte translatum piis orationum vestrarum suffragiis com-  
 mendamus. Suavius forte afficiet externum testimonium.

Andreas et Jacobus Prost Typographi Lugdunenses vocant  
 illum nativum omnis sapientiæ simulacrum, vivam anima-  
 tamque bibliothecam. Unde enim, inquirunt, illa tam mul-  
 tiplex dissimilium linguarum notitia, quibus bene multos ho-  
 mines unus præstare possis, quod enim Hebræus ore pleno,  
 quod Syrus hianti, quod Græcus volubili, quod rotundo Latinus,  
 quod delicato Gallus, quod Iberus humido, quod presso Italus,  
 quod Belgæ conciso loquitur, tibi loquitur ut populari suo.  
 Unde ille eruditiois omnis thesaurus admirabilis, unde ille in

suscipiendis operosis negotiis tam praesens rigor tam perspicax in perpendendis omnibus, solertia, tam singularis in difficultatibus explicandis industria quam humiliter impeditis! Unde denique tam prudens, tam suavis et efficax administratio numeris amplissimi, nisi ab incredibili quadam ingenii, memoriae iudiciiue felicitate, quibus omnibus propterea quod excellis in paucis eo studii genere delectaris maxime, quo temporum vel locorum accurata descriptio locorum continetur, ubi praesertim suaviter eruditioni pietas admiscetur. Haec modo sufficiant de R. Patre, qui quamvis tam doctus praedictur paucissimas tamen fecit ordinationes in Capitulis generalibus pauciores, inquam, quam praedecessores sui.

De pietate nunc regis nostri aliquid audiamus a Francisco Aquado societatis presbytero atque comiti Olivario a confessionibus. Rudius tertius (8 Idus Maias) rege Baccinonem ex Cartusia (Montis Iularis) redeunte, servus quidam rhedarius nescio quo casu in angusta et difficili via prolapsus ita unius rote radiis implicitus est adeoque male tractatus, ut expediri et avelli nisi sublata e curru rota non potuerit. Ibidem res cum serenissimis infantibus e rheda egressus animi vero pii, vere catholici argumenta tam illustria dedit, ut non videam quid agere praeterea potuerit ex ordine aliquo vel religiosissimus, quam quod rex ipse per se ea occasione praestitit. Nam etiam atque etiam de advocando confessario satagit: cumque periculum praesentanea mortis imminere videretur, ipsemet sollicitus institit miserum procurare opportunis actibus contritionis, suggerens ei idoneas concipiendi salutaris doloris et culparum penitentiae rationes et motiva. Curbari famulus, et animo avocari praesentis regis sibiue tam officioso opem ferentis conspectu. Cui res: heu amice, Dei solum tibi propitiandi memento, regem me esse oblitiscitor. Post sat longam moram adfuit quidam monachus Cartusianus; ad egrum tamen tardius acce-



denti ob interjectum quemdam aggerem, rex: *Haec mihi Pater, haec*  
*venito, inquit, manum tibi porrigam, nihil morare.* <sup>Sanctus</sup> *Infans*  
*Cardinalis iisdem quoque pietatis officiis ac recitandis litaniis*  
*intentus erat. Eger semel atque iterum commode confessus est.*  
*Nec mora de offerendo sanctissimo Eucharistiae sacramento*  
*deliberatum. Agendum (inquit rex) eamus, pedibus comita-*  
*bor tametsi tribus leucis abest. Id tamen haud necesse*  
*visum egro habente meliuscule, quo rheda Pâcinonem delato*  
*jussu regis serius ipse rex eo appulit consumpta nimirum*  
*in hoc caritatis exercitio circiter hora sesqui. Illustre sane*  
*argumentum regiae pietatis, nobisque acer ad imitan-*  
*dum stimulus ac singularis in Domino consolationis seges.*

Et praedicti D. Comitis Olivarii quondam pedissequus  
 honorarius D. Joannes Evangelista Schotte tunc capitaneus  
 unius cohortis in praesidio Bredensi nobilis Bruxellensis  
 pater D. Pensionarii postulavit locum apud nos, et facile  
 obtinuit quamvis tenuiter litteratus cum apparet divinam  
 esse inspirationem, erat enim aetate nubilis 27 annorum  
 circiter, patrimonio dives favore et affinitate primorum civi-  
 tatis suffultus, qui ad majora posset aspirare, omnibus con-  
 temptis ad vexillum crucis advolarit in exemplum mil-  
 itarum. Parum revera erat videre postulantem equo su-  
 blimen famulis stipatum advenire pulsantem fores et  
 petentem pro humillimo omnium servo recipi, praeterea  
 inter nos stantem in choro aureis fimbriis fulgentem, et  
 intus humillime cervicem incurvantem, qui pudorem  
 incutere posset juvenibus imberbibus et saepe de trivio ad  
 nos venientibus quos vice adducere possumus ut se nobis  
 conforment et caerimonias observent ac addiscant. 4 Aprilis ad

osculum receptus, est vestitus presentibus multis et primariis civitatis Domino Cancellario et aliis, 15 rhedas ante fores monasterii adfuisse facile persuaderi mihi passus sum. Locus esset hic describere orationem quam habuit P. Prior quae placuit auditoribus, sed jam nimis angustor.

In domo Capella filius Domini Cancellarii Pectii et nepos P<sup>mi</sup> archiepiscopi Mechliniensis nostro quoque Ordini nomen dedit.

Ad habitum autem pervenire non potuit alius consuetalis D. Schotte morte preventus Crevis et in Cartusia ejusdem civitatis sepultus cui legavit 80 imperiales. Parentes tale illi optarunt apponi Epitaphium, quod utrum factum sit ignoro. D. O. M. Et memoriae nobilis viri Guiljelmi Meynaert Russellis apud Belgas oriundi, Martini quondam unius cohortis peditum capitanei, et supra fluvium Demeram Commendatoris filii, qui post 20 annos militiae pro rege catholico impensus, et ex iis decem sub pari dignitate capitanei, hoc in loco morbo correptus vitam finivit post votum factum reliquum vite in Cartusia Deo consecrandi.

Illustris D. Baro de Liques junior dedit B. Virgini in sacello anteriori et in Schuel duas togas ex panno aureo, sed postea adhuc in sacello Schuel. aliam longe pulchriorem caeruleam Phrygiæ opere ornatam, et cortinas ex serico leviori pro summo altari, et fenestram in ambitu, cui tamen postea apposita fuerunt insignia patris cum quo et una cum fratre seniore fornicem lapideam claustræ maxime promovit, atque in claustræ minori fenestras dedit, præter alia beneficia et recreationes religionis, atque hoc tempore maximus benefactor et fons Aoe domus erat, cum quo J. Dipenproy Procurator amicitiam inierat.

Circa Pascha Aestivationem lapideam in ambitu incepit D. Procurator, quamvis convenisset prius cum operariis ut plastice

perficeretur sicut inceptum fuerat.

R. D. Joannes Molanus sacellanus Bepinagii dedit ad instantiam Petri l'Epistole senioris duas statuas S. Brunonis et Hugonis in sacello Schutensi.

Et Bequina quæ anno superiori dederat antipendium ex serico albo dedit et hoc anno casulam ex eadem materia.

29 Aprilis obiit <sup>Janus</sup> D. Sigismundus III rex Polonie regni quinto et Arigesimo anno, in ejus locum solemnibus regni comitiis de more suffultus est Octobri mense Wladislaus vel, ut alii scribunt, 30 Januarii anni sequentis.

Antequam ulterius pergamus in externis absolvamus cartam Capituli nostri generalis pro more nostro recepto. D. Petrus Lyon professor et alias Prior domus Valencenarum et Visitator Picardie prima Februarii obiit, qui aliquoties nostram domum visitavit, habuit Monachatum.

Sicut et D. Ludovicus du Moul. professor et Prior domus Fontis B. Marie alias Prior domus Ligeti et domus Nametarum cujus urbis episcopi subsidiarius fuit, cum esset doctor Sorbone et dignus Generalatu obiit 24 Aprilis. Dicitur ante ingressum Ordinis Benedictine familie fuisse.

D. Franciscus Caravaca professor et Prior domus de Coris et Commissator provincie Castellæ alias Prior domorum de Bericio, Cayalla et Scala Cæli 27 Februarii.

D. Sebastianus Lotie professor Cartusie hospes in domo Annuntiationis de Ripalia, alias Prior domorum Boni passus et Allionis ac bis Vicarius Cartusie, habuit Missam de Domina, fuerat ante Capucinus.

D. Gaudericus de Hamael professor et quondam rector et Vicarius domus Lovaniensis qui ultra 60 annos lau-

dabiliter vixit in Ordine, fuit egregius scriptor non habens parens in efformandis omnis generis characteribus. Fuit etiam hic Vicarius et scripsit nova officia Trinitatis, etc. Fuit vir valde pacificus et regularis discipline ac praesertim Statutorum Ordinis nostri studiosissimus et zelosus observator.

Obierunt, 53 monachi, 32 Conversi, 13 Donati, 4 Moniales: 104 persone.

R. D. Marcus Antonius professor et Prior claustralis abbatiæ Athanatis Ordinis Cluniacensis benefactor Cartusie Lugdunensis obiit in Septembri. R. D. Josephus Sciar canonicus ecclesie Alledensis magnus benefactor Scale Dei qui obiit 16 Februarii. S. Marguerita de Vanterville Monialis S. Ursule habens tres filios in Ordine professos Cartusie qui a tribus archangelis nomina sortiti sunt, et vocantur Michael, Gabriel, Raphael. In dispositione Provinciae

Priori domus Monachorum Brugis fuit misericordia, et proficimus in Priorem dicte domus S. Carolum professum et Vicarium domus Lybræ S. Martini, et Prior absolutus vadat ad domum Lybræ suæ professionis et ibidem exerceat officium Vicarii. Erat S. Franciscus Molanus qui 15 annis præfuerat sed parum præfuerat, delineaverat novam domum, sed nihil incipiebat quamvis essent qui se adjuvantes manus porrecturos promitterent si inciperet, reliquit sine dubio aliquas præparaciones, et pondarium domus dilatarit. Ad ejus absolutionem Superiores devenisse existimo quod quidam e Societate inspectus fuerit in Cartusianos quasi parum utiles rei publicæ et forte eorum bona concupiscebat.

D. Andreas Linth professor domus Lovaniensis vadat ad domum Fontis B. Marie in Francia quo eum S. Procurator deducit; perfactor enim erat in lite prosequenda etiam Romæ pro reditu quoddam 400 florenorum empto suo nomine domus Lovaniensis sed pecuniis Ultrajectinæ domus quem et R. Pater eidem

domui etiam concesserat, sed Superiores addebant, ad nu-  
 tum ejus esse revocabilem, quare addictus fuit novae planta-  
 tioni Antuerpiensi reservata pensione 200 florenorum ad vi-  
 tam P. Emmechovii quondam Visitatoris cujus opera dictus  
 redditus fuerat comparatus. Post litem intentatam tam in  
 seculari quam spirituali curia, absque lina commissione  
 prima Visitatorum deinde altera Commissariorum ex parte  
 Ordinis tandem Conventus devenit ut supplicarent Reverendo  
 pro dimidia parte redditus retinenda in perpetuum, san-  
 ctum S. Andreas non acquiescebat, quod Conventus ei pro-  
 misisset quod nihil faceret sine ejus consensu. Hinc  
 R. Pater procul eum a domo mandavit ut non posset am-  
 plius aliquid movere. V. P. Prior et Procurator et aliquot  
 seniores non aperte se jungebant cum reliquo Conventu.  
 Addeam supplicationem et responsum R. Patris pro in-  
 formatione posterum.

Exponunt cum omni reverentia ac submissione infra-  
 scripti Prior et Conventuales Cartusie Lovaniensis quondam  
 ex ipsis cum a diversis persuasi crederent sibi jus suf-  
 fragari, litem intentasse contra domum Antuerpiensem  
 causa cujusdam redditus. Nunc vero cum videant di-  
 versimode negotium illud disputari, et plusculum  
 difficultatis habere unanimiter omnes pacis gratia et  
 ob evitanda scandala atque inutiles expensas et ani-  
 marum pericula, antea actis renuntiare, et aequis conditio-  
 nibus ac Superiorum sano judicio velle acquiescere, et  
 proinde supplicare ut, saltem media pars redditus de quo  
 questio ad vitam V. P. Emmechove domui Lovaniensi attri-  
 buta eidem in perpetuum confirmetur. Omnibus vero  
 si quis ex subsignatis in aliquo forte per ignorantiam

hactenus deliquit omnia benigne condonentur, ut benignitate hac victi et devoti eo alacrius deinceps et exactius ut par est parent et obediunt. Servorebant Pasche 1631.

Responsio. — Visa presentis supplicatione Prioris et Comventualium Cartusie Lovanii et eorum penitentia super lite temere et contra Ordinis Statuta intentata: benigne et paterne cum eis facere desiderantes, omnem condonamus errorem, et penam culpam remittimus simulque ordinamus ut pensio de qua agitur dividatur equaliter inter prefatas domos Lovaniensem et Antuerpiensem, perpetuum silentium imponentes quibusvis Ordinis personis super prefato negotio, et ejus circumstantiis. Nobis reservantes suo tempore agere causam D. Andreæ. Datum Cartusie sedente Capitulo generali 1631. Subsignat. fr. justus Prior Cartusie.

In ordinatione Provincie pergamus. P. Priori domus Diestensis alibi necessario fit misericordia, D. Petro Saemp qui hac absolute praevisa tempestive ierat, ad Cartusiam tempore Capituli decumbere, missus fuit Ripaliam. Et praeficimus in Priorem dictae domus D. Adrianum professum et Procuratorem domus Capella. D. Catharinam Rambot Priorissam confirmamus.

#### Ordinatio.

Ad casus reservatos per bullam Clementis VIII auctoritate nobis per eandem Clementinam concessa addimus alios casus jam ante in Statutis contentos et reservatos. fr. Petrus Carre Vicarius Cartusie.

Casa 68 v 29 st.

Exteriora paucis expediamus, nam finis nos coangustat.

Rex Suecus Trajecto Danubio Bavaros fugit cum duce Lillio Joanne Serclasio qui paulo post, 5 Maii, Ingolstadii decessit ex vulnere, grandi jam natu et militari gloria praecellens sed religione et catholice cultu pietatis illustrior.

Walstimmus exinde summe rei catholice prefectus contra Saxonem et Suecum Pragam recuperat.

A Lutheranis interim in Sueciam vocatus rex Gustavus versus Augustam Windelicorum castra movit, eaque in dedicationem accepta, exercitum in Bavariam deduxit. Monachio (que ducis sedes est) expugnato, cives incendium urbis quod Pavarus minabatur numeratis Aer centenis dalerorum millibus redemerunt. Universa fere Bavaria misere vastata demum ad Ingolstadtum Suecus castra posuit. Est ea urbs munitissima ad Danubium sita, et firmissimo tenebatur presidio. Gustavus ubi tentata expugnatione nihil se proficere animadvertit, occisus que fuisset Marchio de Courlack obsidionem solvit.

Ea Germania superiore in nostram inferiorem descendamus. Austriacorum armis alibi occupatis Batavi ineunte mense Junio Venloram et Burenmundam subigunt, et 9 die mensis ejusdem ~~Saxetum~~ Mosaë obsidere incipiunt. Hac Moxæus veraciter quidem sed nimis laconice perstringit. Observaverat inimicus presidia abesse ab isto tractu provincie Geldriae, et opportune acciderat gubernatorem Provincie Henricum Comitem a Bergis a rege Hispano defecisse cum quo et princeps Auriacus clandestina consilia contulerat, imo et plures principes Belgicae cum eis colludere et consentire fama erat, et veridica ut patuit postea, sive propter hanc conjugationem sive propter subsidia Gallica majora civibus concedebatur libertas conscientiae, et publicum exercitium utriusque religionis, ut plures civitates ad se attraherent.

Sed rogo ubi erant occupata Austriacorum arma? Quod dolens refero sed tamen ad manifestandam Dei justitiam, in subministrandis etiam subsidiis Duci Aurelianensi fratri suo regi Francie rebelli. Respondet vir consiliarius regem Francie plura

prestare Hollandis et Sueco sed hæc prudentia hujus seculi inferre et referre injuriam si sit malum, et peccatum rebellibus ferre subsidium nunquam est faciendum. Scripserat Cardinalis de Richelieu Nuntio apostolico Bruxellis degenti ut persuaderet Ser<sup>mo</sup> Infanti nullas suppetias dare Duci Aurelianensi se quoque persuasurum regi suo ut retraheret subsidia ab Hollandis quamvis hoc non intendebat facere, tamen erat irridere Hispanos. Væ, væ dicebat cacabus illa. Et nunc reges intelligite, <sup>Infandum fere semper Belgio fuit opem ferre vel in gratis Franciis.</sup> crudimini qui judicatis Terram, copie nostræ quæ dictum ducem sequebantur (decesserat enim Bruxellis mense Maio Creveros ab Infante muneribus excultus) quædam revocate fuerunt, sed serius quam par erat. In obsidione Bursemundensi ex parte Hollandorum cecidit Ernestus Comes Nassovius.

Sed alter Guilielmus Nassovius 8 ejusdem mensis junii cepit propugnaculum Sanctæ Crucis, ruptisque aggeribus Oceanæ aquas in agrum suburbanum Antuerpiensem immisit.

Ad placandam iram Dei multe fuscæ sunt orationes ad Deum et supplicationes institute maxime ad Dominam nostram Lakensem, maxime cum intellectum fuit Comitem Bergensem sollicitare milites et subditos ad rebellionem, et eo audaciæ proruperunt clandestini conjurati et hæretici, ut in nocte quæ præcedit festum S. S. Apostolorum Petri et Pauli lapidibus confingere ausi sint imaginem regis Hispaniæ et S. Ignatii, ad ostia canonicorum S. Gudulæ loco ut cederent lapidibus conclamare. Non defuit officio suo Magistratus qui in seram horam sequentis diei tenuit clausas urbis portas, et inquisitionem fecit de predictis insolentibus, insuper fidelitatem Ser<sup>mo</sup> Infanti renovavit sicut fecerunt magistratus aliarum provinciarum ad instantiam dicte Principis, quæ illis defectionem et conatum predicti Comitis intimaverat.

Post hæc circa principium Julii in civitate preces multiplica-



bantur, et ordines mendicantium, statutis diebus supplicabundi ibant ad Lachen. Imo pueri et puella ad Dominam de Sabulone invitati ibant, et ita consueti audire litanias decantare, ut non in scite reiterarent in plateis.

Et nos etiam fecimus supplicationes, et orationes prescripte ut post elevationem Hostiae sub canone Tractus Domine non secundum cantaretur. Item post supplicationem ante Missam Antiphona Salve praclarum vas, et aliquot septimanis litaniae Romanae cum omnibus collectis recitatae fuerunt.

<sup>Ima</sup> Ser et magnanima Princeps Isabella non sibi defuit sed multis muneribus et promissis Baxenheimium ex Germania cum copiis auxiliaribus evocavit. Venit is quidem ad castra nostra et in obsidentes fortiter cum suis irruit, sed duplici vallo pridem munitus solus ipse pelleri aut vincere non potuit, inquit D. Mireus, qui per haec videtur facile Hazare Marchionem S. Crucis qui se castris non movit aut ad arma conclamavit sicut a Patre Capucino etiam audiri Baxenheimium fuisse miratum et conquestum a parte illius se non exaudire voces ad pugnam cohortantes. Obsessi itaque 23 mensis Augusti deditionem facere coacti sunt. Prefectum urbis Trajectensis Guilielmum de Bette ob strenuam operam toto obsidionis tempore navatam Philippus IV rex titulo Marchionis de Lede in agro Alostano donavit. Septembri mense subsequente et Limburgum Batavis se dedit. Haec ipsa aestate Gasto Aurelianensium Dux collecto exercitu in Franciam irumpens Narbonensem Galliam, quam

Occitaniam vocant petiit. Praerat huic provincia Montmorencius Dux, qui ad illum julio mense defecit. Calendis itaque Septembris per brevi sed cruento praelio ad Castelnaudarium concurritur: quo victus Montmorencius vulneribus aliquot acceptis in potestatem Ludovici regis venit et Colosam perductus ferro cervicem 3 Calendas Novembris subdidit. Gasto autem cum fratre rege in gratiam non diuturnam rediit: nam supplicio Montmorencii aut alia re offensus iterum se subduxit et Bruxellam 22 Novembris venit. Equitatus porro noster Belgicus, qui eidem Gastoni in Occitania militabat in Hispaniam abiit. Hermensteiniana interim arx ad Rheni et Moselle confluentes sita Francis traditur, et Augusta Treverorum ab eisdem 8 Augusti occupatur. Haec Miraeus. Praeter Montmorencium plures adhuc ultimo supplicio affecti fuerunt in Francia, neque enim parcitum fuit militibus qui Gastonis partem secuti fuerunt.

alias 18 Augusti: Eo die quo Trajectum ad Mosam in manus Hollandorum venit, vel circa contigit miraculum Lyrae ad Divam fuscam, quae in Clusa Gummariana colitur, nam Anna Van Rochehem voto ad eam facto a gravissima infirmitate quo biennio extreme laboravit per eandem e vestigio liberata fuit. Vide Marianam Prabantinam in fine. 19 Septembris pro gratiarum actione habita est supplicatio per Michaelem Ophovium episcopum Buscoducensem hoc rogantes ut fusa haec Deipara fuscadinem auferre dignaretur qua totius nostrae patriae afflictae facies praestitutudine nimium erat obducta.

Immo Princeps Sabella videns se in arcto positam et omnia in peris ruere, seseque cum consilio Hispanorum proficere 7 Septembris convocavit universos totius patriae Ordines qui ab eius inauguratione forte non fuerant convocati, et indicavit se explese suas partes, et quidquid in se erat fecisse, consultarent et ipsi quod esset melius pro bono totius republicae. 8 igitur Octobris delegaverunt legatos archiepiscopum Meckli-niensem Ducem Arschotanium et alios ad Principem Auriacum Trajectum ut tractarent de pace. Vertenda erunt decem paginae.

Hic tractatus  
descriptus fuit  
antiquam hanc  
scribendo huc per-  
venisse et se-  
quentes paginas  
pro indice de-  
tinaveram in  
quibus sextum  
historie nostri  
temporis pro-  
sequor.

Lectori salutem.

Tractatum sequentem a V. P. D. y. Richardo concinnatum opere-  
pretium visum mihi fuit ad calcem hujus voluminis describere;  
quo non minus Conventuales hujus domus defenduntur qui superio-  
ribus annis pro Ill<sup>mo</sup> D. Ferdinando de Giron crebras Missas  
celebrarunt de Requiem, ipso Domino presente et spirante,  
quam Statuta, que Missas tales prescribunt pro personis Or-  
dinis sive benefactoribus: hinc vidi aliquos sciolos neglecto Statuto  
de Missa necum generalium legisse Missas votivas de Spi-  
ritu Sancto vel ad devotionem postulantis. Quibus, ut simpli-  
citer subdant se Statuto, libenter hoc suggessimus, nec non  
etiam ut omni expositulanti rationem reddere parati inve-  
niantur.

Queritur.

Num liceat Missam de Requiem celebrare pro aliquo  
vivente cum oratione convenienti, Da nobis, etc., vel alia quasi  
jam mortuus esset, licet sacerdos in Memento de vivis recordetur  
ipsius, vel etiam addat in fine Missæ Omnipotens qui vivorum.

Pro majori elucidatione responsionis ad prepositam quæstio-  
nem premitto sequentes hypotheses.

Concil. Trident. 1. Missæ sacrificium pro fidelium vivorum peccatis, penis  
satisfactionibus et aliis necessitatibus, ac etiam pro defunctis in  
Christo nondum ad plenum purgatis, rite juxta apostolorum  
Traditionem offertur.

Navarr. Conchr. 2. Cujus valor triplex est. juxta communem D. D. opinionem, una  
c. 25, n. 92, Sect. 4  
codic. 2o Azco  
Inst. Mor. lib.  
10, c. 2o citans  
insuper an-  
dian. Gabriel. quo  
Cotum et  
Cordub. sacrificium facit.

2. Cujus valor triplex est. juxta communem D. D. opinionem, una  
Ecclesie receptum valor scilicet generalis, qui toti Ecclesie debetur  
juxta illius intentionem, medius quem Ecclesia vult illi, pro  
applicari: specialis quem participat sacerdos, dum  
sacrificium facit.

3. Intentio celebrantis, atque celebrari procurantis potest esse

Satis liquet ex primo et principaliter ad unum vel plura dona impetranda, vel pro indig-  
 er quod in his  
 salubris specialis gentis temperandis, vel ad certa mala, et penas a cervicibus suis, virtute et  
 Missa proceris et  
 specialibus causis merito sacrificii propulbanda.  
 habeantur.

4. Unde consequenter videtur intentionem celebrantis vel celebrari procu-  
 rantis posse esse Deum illo prestantissimo actu religionis venerari; quatenus  
 misericordia illius post extremum presentis vite diem a se transeat calix  
 purgatorie penalitatis, quem post mortem justo Dei iudicio libere  
 teneretur, vel saltem ne diutius profundi illius carceris vincula remoren-  
 tur, et arceant eum a conspectu divine majestatis ob debita seu pec-  
 cata ante istam celebrationem contracta, de contrahendis vero aliter cen-  
 sendum est, nisi accedente certa conditione, videlicet ut sicut licet  
 Deum orare, ut praeveniat nos a periculo, ita piuum etiam est,  
 rogare, ut si contingat nos peccare, ne dum culpam remittat,  
 sed et penam. Atamen pro pena necdum incurra velle  
 satisfacere non licet, et quodammodo aliquam contradictionem  
 implicat.

Probatur ex prima hypothesisi quae est Concilii Tridentini do-  
 centis indefinite sacrificium istud vite offerri pro penis, satis-  
 factionibus, etc. Ergo etiam pro penis in purgatorio luendis, et  
 satisfactionibus ibidem faciendis: siquidem indefinita aequipollet  
 universali, quia eadem est ratio et conditio omnium particula-  
 rium.

Lessius in Crast.  
 de Indulg. de  
 effectu Indulg.  
 dub. 4.

Probatur secundo ex formula Indulgentiarum Ecclesiae, qua  
 subinde conceduntur Indulgentiae 100, 1000 vel plurimum anno-  
 rum, ac per consequens conceditur remissio penae purgatorii,  
 quae tam diuturnae canonice poenitentiae respondeat: etenim  
 humana vita tantam annorum seriem non evolvit. Ergo tenet  
 Ecclesia viventem posse ex thesauro Ecclesiae satisfacere pro penis,  
 quas mortuus pendere deberet; praecipuum autem thesauri eccle-  
 siastici monile Misiam esse remunem catholicorum autumno  
 ambigere.

Denique vivens, post mortem vel est penis purgatorius adju-  
dicandus vel non si adjudicandus, certe contra bonitatem, miseri-  
cordiam et clementiam divinam esse dicere; res non licere hysto-  
aliquo penas istius carceris durissimi diluere et redimere ante  
inarcerationem. Nam crudelis Tyrannus diceretur, qui sibi debi-  
torem adjudicasset, carceri, et cum esset in carcere tandem  
dignaretur aliquid accipere in satisfactionem incarcerationi,  
solvendum ex praevia institutione ipsius incarcerationi, vel pie-  
tate et commiseratione aliorum; sed antequam miser debi-  
tor squallores carceris pateretur, illud ipsum acceptare dedi-  
gnaretur. Quod autem Deus dignaretur acceptare sacrificia seu  
Missas de Requiem pro satisfactione eorum qui actu penis  
purgatorius cruciantur vel certum est vel fallitur Ecclesia,  
que pro talibus ejusmodi sacrificia offert. Accedit quod Deus  
exorari se patitur ad prestandum bonum quod facere dis-

Gen. 25. posuit, exemplum in Isaac, de quo Scriptura: Deprecatus  
est Isaac Dominum pro uxore sua eo quod esset sterilis, qui  
exaudivit eum, et dedit conceptum Rebecca; cum tamen  
jam ante, se id facturum Abrahae promiserat: Patrem (inquit

Gen. 17. ad eum) multarum gentium constitui te. Et: In Isaac voca-

Gen. 21. bitur tibi semen. Unde colligitur ex quadam dispari paritate,  
et justitiae aequilibrio quod etiam patitur a vivente se exo-  
rari ut non incidat in omnes penas purgatorii sibi prefi-  
nitae, ob peccata nimirum ante commissa non autem ob  
committenda.

Si vero vivens post mortem non sit exopturus penas  
purgatorii, quia statim post mortem vel salvandus est vel  
damnandus eternaliter; nec ideo dici debet esse illicitum, ut  
sacrificia intentione praemissa, vel offerat vel offerri faciat, nisi

forte certa revelatione compertum habeat, actutum facto divorcio anime et corporis se salvandum vel damnandum iri. Alioquin eadem difficultas erit movenda de Anniversariis et aliis officiis, quibus Ecclesia solet prosequi fideles naturaliter vere mortuos quamdiu non constat quo in statu sunt. Supposita veritate proxime premissa hypothesis, ulterius dico.

5. Non est alia Missa que pro vivis offertur, et alia que pro mortuis, nec alia que offertur in honorem hujus vel illius Sancti, vel intuitu hujus vel illius beneficii accepti vel accipiendi, etc. Sed una eademque est substantia, una enim eademque est hostia, idemque nunc offerens sacerdotum ministerio qui se ipsum olim in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa.

Concil. Trident. sess. 22, c. 2 doct.

6. Varietas precum et rituum ab Ecclesia sumptis pie inducta, ut mentes offerentium in Deum devigantur facilius at ad rerum divinarum meditationem sustollantur.

7. Quia vero sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur: hinc mota est provida mater Ecclesia, ut ad sacrificium pro mortuis offerendum adficeret certas preces pie intentioni suorum filiorum maxime congruas, et illam piam intentionem explicantes. Partes quidem Missæ pro statu presenti integrales, sed non essentielles, quarum prima, que et Introitus dicitur est Requiem, a qua voce ut liber Genesis Beresitz nomen: ita sacrificium quod communiter pro defunctis offertur, Missa de Requiem nuncupatur.

8. Porro istæ preces eo potissimum tendunt, ut anima pro quibus funduntur a penis purgatorii releventur ex toto vel ex parte,

August. in D. quod peti maxime solet animabus illis a corpore solutis: non  
37. Gregorius in  
eundem, Cyrillus quod prius istud petere non liceat, sed quia pena purgatorii  
ad August. epist.  
207. inter epis. est continua, et quoad acerbitatem quavis pena hujus vite  
4las 8 August.  
Alpha 47 lib. gravior, nec <sup>esse</sup> jurare possit, cum sint extra statum merendi. Ideo  
Hobgildius  
Cominch de purgat. lib. 3, § 26.

maxime opus habent ut viventium suffragiis faveantur.

Patet ex diplo. 9. Est intentio Ecclesia ut sacerdos pro mortuis sacrificium offerat. <sup>Dei quod</sup> <sup>Missali Romano</sup> <sup>profigitur.</sup> reus istis precibus utatur; quanquam alius subinde uti liceat, (ap-  
probatis tamen) ob privatam devotionem aut celebritatem dicit, vel  
similes rationes quae emergunt tamen extrinsece non intrinsece.  
Ravennus En - ex ipso officio. Nam in qualibet Missa vivorum atque mortuorum  
Chrud. c. 25, n. 99. habetur memoria. Tenetur etiam sacerdos pro intentioni curan-  
tis celebrari Missam, satisfacere.

Quibus positis sine ulla contentione, et praesudicio ejus qui  
contra senserit, sub correctione debita, ad propositam questionem  
respondeo affirmative licitum esse videlicet Missam de Requiem  
celebrare pro aliquo vivente, cum oratione Da nobis vel alia, etc.  
quasi jam esset mortuus. Nam Missa de Requiem est aptissima  
ad impetrandam remissionem penarum in purgatorio luenda-  
rum. Pro adhuc vivente autem licet petere talem remissionem.  
Ergo pro vivente licet talem Missam celebrare, etenim naturae in-  
stinctu aptiora semper praeserimus in suo genere.

Subsumptum patet ex 4<sup>a</sup> hypothesis praemissa. Assumptum  
probatur, quia ex opere operato Missa est satisfactoria, patet  
ex 1<sup>a</sup> hypothesis, unica autem est Missa substantialiter, patet  
ex hypothesis 5<sup>a</sup>, ergo Missa de Requiem est tam satisfac-  
toria, quam Missa cujusvis alterius nominis seu tituli.

D. 99. Ex opere operantis quia per talem Missam praecipua faciem  
Just. de Domini in confessione ad quod nos invitat. regius Vates, et plus solvit,  
act. § plus qui ante tempus solvit, ut habet. decisio juris, et licitum esse  
autem, Ga- in posito casu puto satis constare ex 4<sup>a</sup> hypothesis. Quod etiam ex  
licet in Can. Missa lect. 57, institutione Ecclesiae (quae certo modo habet rationem operis operati, ut  
Gerson 3 part. alfab. 86, in tract. loquuntur quidam) patet ex 7<sup>a</sup>, 8<sup>a</sup> et maxime ex 9<sup>a</sup> hypothesis.  
Medus in tract. de orat. c. de valore orat. quem sensum sequitur  
convar. c. obli- mater, n. 7. Nam Missa de Requiem cum specialiter sit instituta ad dissol-

veritas prenas purgatorii ab ejus Ecclesia, et ejus mandato ad illum effectum legatur, specialem habere valorem, ultra omnem alium valorem quem Missa in genere habet clare indicat Covarruvias Relect. c. Alma mater, parte 1<sup>a</sup> n. 7.

Nota  
ff. de reb. cred.  
l. si quis nec  
causam et leg.  
cum aurum §  
fin ff. de auro  
et argento legat.  
recipiunt. speciem et  
judicantur. Nec quidquam  
et ext. de sent.  
excommun. c.  
cum voluntate.

Nec refert quod institutio Ecclesie faciat pro mortuo, questio autem proposita loquatur de vivente. Loquitur quidem de vivente, sed ut mortuo, et intentio principalis est, ut mortuo suffragetur. Actus vero ex principali fine recipiunt speciem et judicantur. Nec quidquam replicando vel obijciendo arbitrari posse extorqueri, quam quod sit quedam anticipatio prepostera et proinde inordinata: et quod quorundam verborum veritas salva esse non possit ac denique esse contra morem Ecclesie. Non inficias eo quod sit quedam anticipatio; cetera gratis obijciuntur. Nam veritas verborum salvatur in presenti casu sicut salvantur ista verba: Hodierna die quae in praefatione per totam octavam Pasche et Pentecostes repetuntur. Item, jam lucis orto sidere cum prima canonica legatur ante lucis ortum; et similia quae in horis canonicis occurrunt, quae congruere non videntur, nisi certis temporibus legantur. Cum interim ex usu et recepta D. D. sententia liceat Horas canonicas anticipare, et tibi de causa proponere. Quorum omnium veritas salvatur eo quod non referantur ad ea tempora, quibus alia verba recitantur sed ad ea tempora, quae significari, et ad memoriam reduci una cum Ecclesia volumus: ita etiam usu venit in officio sabbati sancti dum universalis Ecclesia anticipans Missam noctis Dominicae Resurrectionis in ipso die precor Deus qui hanc sacratissimam noctem, nec movere quempiam debet, quod in istis officiis ecclesiasticis sit modica temporis differentia; in nostro casu vero possit esse differentia plurimum annorum. Nam quis scit, quid serus vesper rehat? Vive memor lethi. Rescis, inquit Augustinus, qua hora venial, semper vigila ut quod mercis quando venial, paratum te invenial, cum venerit. Et Bernardus, Miser homo, quare omni hora te non disponis? Cogita te jam mortuum quem

August. de Vita  
Christi.  
Bernardus in  
Lerm.



scis necessitate moriturum. Et rursus Augustinus: Nunc multi dormierunt, et obdormierunt? etc. quibus patet in nostro casu anticipationem preposteram et inordinatam non esse. Nam et ad gratias agendas ante acceptum beneficium nos instruit Chry-  
 Chrysost. homil. 80. tomus, cujus verba hec sunt: Quomodo quia sequitur et ne-  
 gligenter petunt, etiam cum acceperint vix donationem sentiunt; ita qui cum intenso et vehementi animi contentione petunt, etiam priusquam acceperint ex magna et pura sua affectione perinde ac si accepissent, donum sentiunt, divina eis gratia letitiam antea immittente, et propterea agunt gratias, et ab accipiendo non longe abeunt. Hec ille. Unde et ex precedentibus colligitur non esse alienum a moribus Ecclesie et Doctorum pariterque sanctorum virorum doctrina Missam pro vivente quasi mortuo prout premisimus celebrare, cum ex illa mentis reflectione vere Missa fiat pro defuncto.

Ad similem questionem respondet Navarrus tit. de celeb. Mis-  
 sarum consilio 6 his verbis: Licet vivo procurare ut fiat, vel di-  
 cantur Missa vel officium defunctorum pro se antequam mo-  
 riatur, modo caveat sacerdos ne orationes per quas pronuntiat ali-  
 quem vel aliquos esse mortuos applicet illi vivo hactenus Na-  
 varrus, hoc autem cavet sacerdos modo supra dicto in hac nostra  
 conclusione, nec aliter salvari potest veritas orationum sine quibus Missa  
 vel officia defunctorum non pertoluntur, unde certum Navarrum sup-  
 posita ista intentionis limitatione pro nostra conclusione aperte  
 stare.

Lippelo 2 Jan. in  
 vita Cherd.

De secunda nostra opinione, imo ad asserendum simpliciter  
 Missam de Requiem posse pro adhuc vivente celebrari exemplum ha-  
 bemus in vita S. Theodosii qui omnia quae lex vult fieri mortuis  
 Aventianas, novenas et consequenter quadragenas fieri mandavit pro quo  
 Basilio, viro multis virtutibus et sacerdotali dignitate ornato petente ut cujus-

dum sepulchri encaenia celebraret. Quibus peractis (ut ibidem legitur rite) per ordinem Paulus neque a febre correptus, neque capitis dolore vexatus, neque ulla omnino morbi molestia fatigatus tanquam molli quodam summo sopitus, excessit ad Dominum. In Hispania moris est ut funebre officium solemnissime fiat pro Nobilibus, qui suo majoratu relicto aliquam religionem ex approbata profitentur, cum tamen per professionem nemo moriatur naturaliter, sed solum civiliter. In more etiam est in Lotharingia, et nuper Antwerpiae cuidam diviti mercatori consuluit quidam Pater Jesuita, vir doctus et pius, ut Missas de Requiem pro se adhuc superstite curaret fieri, eo quod non solum sint satisfactoriae sed etiam meritoriae, quo consilio usus est. iste mercator curans 700. Missas de Requiem celebrari pro se ac si esset mortuus, ita mihi retulit R. P. Maximilianus Galbeke Jesuita. Quidam alius Petrus Vellius nomine vir dives pietatis et beneficentiae studiis deditus, dignus idoneusque est habitus, cui Deus diem sui obitus indicaret. Is composita re domestica, magnaque ex parte suis fortunis in egentes ac miseros erogatis, ad eadem peresit, parochum hortatus est, ut pro Petro Vellio funebre sacrificium ritu solemniori faceret, cui interfuit ipse. Ex historia Societatis Jesu, lib. 12, fol. 409.

Addam et celeberrimum si unquam ejusdem rei exemplum existit. Caroli V factum, quod occasionem praebuit ut haec describerem. In cenobio B. Justii quod pro secessu suo elegerat. exequiarum occasione, quas matri Anniversarias persolverat, nova incesit animum cupido (si liceret) et suas celebrandi: neque communicata cum Joanne regula e Hieronymiana familia, qui epus conscientiam moderabatur: cum is insolitum quidem illud et inauditum, pium tamen ac salutare dixisset. apparari funus sibi quamprimum jussit. Ergo excitatur in templo sumuli moles, funeralibus illuminatur,

Fernianus Gra  
da de bello  
Belgico lib. 1,  
Sec. 1<sup>o</sup>.

abati circumstant famuli, mortuale sacrum in isto monachorum cantu peragitur. Ipse funeri superstes suo spectabat in illo imaginario munere veras suorum lachrymas: audiebat, exequiale carmen, placitam sibi requiem beatis inter sedes implorantium: eademque ipse sibi suffragia proallentibus immistus exposcebat. Donec sacrificanti proprius factus, eique tradens quam gestabat accensam facem, sublatis in caelum oculis. Ego te, inquit, vite ac mortis arbiter, oro quoesoque, ut quemadmodum oblatum hunc a me circum sacerdos capit, sic commendatam in manus suas hanc animam tu, quancumque liberit tibi, in sinum complexusque tuos benigne suscipias. Tunc, ut erat pulla flexaque opertus veste humi procubuit: renovatisque omnium, qui aderant lachrymis, quasi depositis suprema lamentatione comploratus est. Atque hoc videlicet rudimento Carolus vicina jam morti procludelat, namque altero ab exequiis

30 Augusti 1558 die febricitans, eaque paulatim excedente consumptus.

Denique in 1<sup>a</sup> parte Statutorum sacri Ordinis Cartusienensis cap. 41 conceditur cuilibet professo semel in anno die professionis sue facere petitionem in Capitulo, ut oratur pro se et pro quibus tenetur pro quo inter alia beneficia dicitur una Missa de Requiem cum sex orationibus defunctorum. Quod si dicamus non licere, arguendus erit erroris sacer ille Crdo, et Summi Pontifices simulque temeritatis, qui eorum Statuta approbarunt et confirmarunt. Et quidem ipse Pius V post Concilium Tridentinum. Quancumque reflectionem illam mentis de qua supra putem merito adhibendam et velut necessariam saltem virtualiter si legatur in singulari propria aliqua oratio in Missa de Requiem, quae conveniat personae pro qua Missa illa legitur. Sed talis mentis operatio non reddit orationem illicitam, ut satis manifeste apparet ex supradictis.

Quantum ad id quod sequitur in questione Licet sacerdos, etc. nihil mihi implicare videtur, si alterum fiat principaliter, alterum minus principaliter, nam cum sit adhuc in statu merendi, illud sacrificium fit illi meritorium, et non solum satisfactorium, non est enim absurdum principaliter intendere certum fructum colligere, et minus principaliter alterum presertim cum subjectum sit utriusque capax.

Quantum ad illam Collectam Omnipotens, dico rubricas Missalis Romani prescribere non esse in Missis defunctorum legendas orationes de vivis licet simul conveniant defunctis. Atqui talis est predicta oratio. Unde qui astringuntur Missali Romano contra rubricas sui Missalis facerent legendo illam orationem, alius puto esse arbitrium. Nam et illam orationem legendam in quibusdam Missis de Requiem prescribit Ordinarium predicti Ordinis Cartusienensis.

Atamen mea opinio intimis meis sensibus adeo incita non est quin auctoritate et ratione sanioribus evelli possit: nihil enim magis a mea natura alienum est atque moribus meis, quam in sentenda propria opinione pertinacem esse, et veritati, quod sophiste faciunt impudenter, repugnantem: nec Atamen adeo recors sum, ut loco cedam, nisi copia argumentorum vis major inferatur. Quapropter rogatas velim meos antilogos quatenus antilogiam suam veritatis inconcussae argumentis astuant, vel saltem fidem faciant se esse Pontificae auctoritatis, quae tanta fuit, ut pro ratione haberetur: Socrates dixit. Cum forte acquiescam antilogis qui (ut mihi scriptum est) dicunt: Nullo modo admittimus istam opinionem. Dixi forte, quia licet sit mihi amicus Plato, amicus Socrates, tamen mihi magis amica veritas.

Et de D. Francisco de Paz Archiatro Ser. archiducum chiffletius scribit: Solenne illi erat sacro interesse primo die lunae mensis cuiuslibet, quod accepti beneficii nomine in epis gratiam Carmelite viri religiosissimi quotidie ex pacto institutionis faciebant. Ibi Franciscum Dei famulum se inquam, velut jam picularibus flammis detentum sacerdotis ad aram facientis voce, Deo commendabat.

Ex declarationibus Concilii Tridentini sess. 22 cap. 11.  
An autem qui in humanis est possit sibi facere celebrari Missas vel officium defunctorum? Responsum firmat Gerol. in praxi Epis. p. 2 verbo Missa versus 10 modo non dicantur orationes, quae monstrant aliquem jam mortuum v. g. Inclina Domine ubi dicitur quem de hoc seculo migrare iussisti.

Alphonsus Cardinalis de la Cueva 18 Septembris Bruxella versus Italiam et Marchio S. Crucis 3 Octobris versus Hispaniam discedunt. Mirans quod videlicet inuisi essent proceribus et populis Belgicis, ille quod fuisset pri-  
maricus Consiliarius Trabelle, et nisi assistentes sese nationis Hispanos haberet ut infra describam, quæ res defectionis causam principibus præbuit quod viderent se exclusos a regimine patriæ et tanquam pedisequos ab eis-  
dem gubernari. Hic quod rem belli male gessisset, hinc ab infima plebe rheda ipsius fuit eversa Lovanii, sed ipse aberat, ne lector putet me velle Hispanos insectari et non referre veritatem, vel saltem famam et opinionem vulgi proferam ejus excusationem qualemcunque ex alio auctore.

Marchio S. Crucis (quem plurimi perperam vituperarunt) ire se movere audebat, cum se hostem ita munitum e suis castris pelleri non posse e suis consiliariis perciperet. Præterea Gallos in Picardia usque ad 25 Hominum millia Belgio imminere ob conjurationem Bouchiniensem audiret. Ne hæc tam facile præterisse videar quasi ignarus in Picardia Comes Guessionensis regabat exercitum, et Dominus de Haulterine Batavicum copiarum ductor ideo in Franciam vocatus erat, et a rege S. Quintini gubernator constitutus, ut sub nomine Batavico (o sincera Gal-  
lorum pax et amicitia) bellum Hispaniæ regi moveret. Non, inquam, alio fine: nam postea ubi nulla spes rei gerendæ apparuit statim in Hollandiam rediit. Accedebat pactum inter Au-  
riacum et Bergium, ut si noster exercitus vel ad Trajectensem ob-  
sersionem solvendam vel Ruremundam et Venlonam versus transisset ipse Bergius cum exercitu quem paratum habebat aut subito comparasset ad Bruxellam occupandam maturaret. Asserunt hoc testes oculati, qui viderunt salvos conductus et litteras Bruxel-  
lam missas, quibus Bergius amicos suos monebat se cum copiis brevi adfluxurum iisque securitatem promittebat. Quid inter hæc egisset

Marchio, hereditarius, maluitque exercitum saluum conseruare quam delicto for-  
 tassis exercitu nostro Hollandis Gallis et proditoribus liberum in patriam aditum  
 dare nisi ergo Trajectum Auriacus sed ita ut urbis propugnator acerrimus  
 Marchio Ledensis et civium turba majorem fortitudinis gloriam quam Auriacus  
 sibi comparit. Notandum quod quando Princeps Auriacus et ordines confederati  
 admiserunt legatos nostros pro pace tractanda nequaquam permiserint ces-  
 sationem armorum. Igitur circa finem Octobris, ni fallor, cum exercitu  
 properant versus Brabantiam habentes victualia secum ne graves essent vici-  
 nis et amicis Leodiensibus. Quando autem intellexerunt nostros stare in  
 acie et paratos ad pugnam et defensionem patrie, retrocesserunt, ne victo-  
 riam suam labefactarent, existimabant enim nostros continuo cessuros  
 loco et fugae presidium quesituros.

Ill. et Excell. Dominus Franciscus de Moncada Marchio de Aragona  
 Comes de Ossana militie princeps constituitur loco Marchionis S. Brucis,  
 qui res nostras labefactus utcumque restituit.

In festo S. P. N. Brunonis multi seculares praecipue Franci nostram  
 ecclesiam frequentarunt, ut vulgo Franciscæ nationis monachi haberentur.

Circa quod tempus regina mater Bruxellis Gandavum migravit.

18 Octobris S. Guilielmus d'Outelair emisit professionem suam. Duo  
 fratres ipsius aderant.

6 Novembris sepulta fuit in Aemulo nostro filiolla S. Marchionis  
 Dehanville hora septima vesperi, presente Conventu cum 12 Aedis  
 et sex candelis ex alba cera, in cujus memoriam, et pro decore domus  
 Dei postea S. Marchio curavit fieri epitaphium juxta summum  
 altare.

7 Julii obit domicella Maria Van Niverselle vidua notarii Has-  
 brouck amita F. Andreæ Vander Meerem ad cujus vitam legavit  
 redditum et dedit duo candelabra argentea.

In Minutionibus Novembris S. Sacrista, nescio quo spiritu, Can-  
 ticum S. V. Ce Dominam decantare coepit quod alii prosecuti

sunt quod satis datum esse lugubribus canticis et postea intelleximus regem Sueciorum occisum.

15. Novembris. Post multas relictiones tandem ad Lutzenium quod oppidum haud procul Lipsia distat cum Sueciae rege Valstinus et Papenheimius biduo confligunt. Quo in praelio Sueciae rex Gustavus occubuit, nec longe postea Papenheimius Novembri mense hoc gestum est. Hic cum semilibrali tormenti pila renes trajectus ad suos commilitones versus interrogaret, an res obisset, ut fama jam per nostrum exercitum vulgaverat. Cumque id verum esse rescivisset, He, inquit, et Megapolitano duci nuntiate me ita sauciatum, ut vivendi spem amiserim: laeto tamen animo me moriturum cum juratum illum catholice religionis hostem ante me obisse sciam. Inde cum assedis Lipsiam versus rheda devehere, post unam alteramve ab accepto vulnere horam, conscientia a noxis expiata placide moriens incredibile sui desiderium reliquit. Ex utroque exercitu septem circiter militum millia periisse creduntur; e Cesareanis praeter Godefridum Papenheimium (qui centum plus minus vulnerum in praелиis acceptorum cicatrices suo in corpore numerabat,) cecidit et abbas Fuldensis idemque Princeps imperii dum crucem manibus gestans singulos ad strenue pro religione catholica pugnandum hortaretur, etc.

Agebat rex Sueciae aetatis 38 annum cum perit 5 vel 7 mil. nervibus confusus. Ex conjugis unicum filiam reliquit. Eodem mense Novembri alter Caesaris hostis Fredericus Bohemiae exeres pestilenti febre correptus interiit.

Nata viro, sponsata viro regina virorum  
Et paritura virum non maculata viro  
Venex et pueri puer unus sponsa maritus  
Castello Lympba fane dolore cadunt.

Gustasti imperium primis Gustave labellis  
 Implent Gustum vulnera quinque Avum  
 Hæc ego VIC stors GveCI SVM Ltpsta testls  
 Et neCI et VIC41 Ltpsta testls ego

Quamvis fama occisi regis Bruxellas pervenisset non nisi tamen 17. Decembris gratiarum actio cum publica lætitiâ, et ære sonoro, atque ignibus triumphalibus a Ser<sup>ma</sup> Infante in summo templo S. Gudula reddita est, cum scilicet advenisset legatus imperatoris qui certam rem, et ita factum esse Viennæ renunciaret.

Ab hoc die etiam aliquandiu Hymnus Veni Creator cum aliquot Collectis pro pace Induciarum impetanda ex ordinatione sedis metropolitanæ Mechliniensis ante summam Moissam decantatus fuit. Legati ordinum Hagam Comitum usque Principem Auricam prosecuti sunt sed pacem non assecuti. Sueci occiso rege nihilo segnius instaurare bellum quod ad hunc annum 1640 proseguuntur, non tamen prevalent. Hic est rex, qui dum hoc ~~opus~~<sup>villæ</sup> inciperem, tantum sui terrorem incutebat, atque toti Europæ imminere videbatur. Sed quis tu ut timeas ab homine mortali? Traic 51.

Bruxella in capella palatii (quod a Philippi II regis e Belgio in Hispaniam discessu visum non fuerat) equites velleris aurei singuli veste longa holserica ordini propria induti exeunte Novembri festum patroni sui S. Andreae apostoli diem celebrant. Maireus hæc vestis cum pileo more antiquo confecta et paramenta sacerdotis et altaris iisdem conveniebant, concinatorque Pater Capucinus egregie eisdem principes sui muneris admonuit, sed non satis audientes fuerunt.

Quandoquidem huic anno multa inseruerim de Ordine Cisterciensi, non possum præterire obitum historiographi illius quem et familiariter novi.

Anno 1632 Decembris 23, obiit Lovanii in collegio S. Bernardi dictum Alense Ordinis Cisterciensis dilectus nobis in Christo con-



frater R. Pater ac eximius Dominus et Magister noster P. Chrysostomus  
 Henriquez religiosus monasterii Hortensis in Hispania Ordinis Cister-  
 tiensi sacre Theologie Doctor et nominatus Calatrave militie ma-  
 gnus Prior, etatis sue 38, professionis monasticæ 20, sacerdotii 14. Qui  
 scriptis et editis aliquot voluminibus laudabiliter plurimos sanctos  
 reddidit mundo illustiores, et viros doctos, quos quondam sacer-  
 Cisterciensis Ordo produxit, et adhuc foet. potissimum in con-  
 gregatione Hispanica insigni Phœnice reviviscente prosecutus  
 est: ubi tanquam in altero libro vite gesta doctorum monacho-  
 rum Cisterciensium litteraria depinguntur, quem proinde Or-  
 dinem non immerito tum Summi Pontifices tum reges principes-  
 que multis amplissimisque privilegiis decorarunt. Quæ idem  
 R. Pater dispersa congregavit et quodammodo emortua insigni  
 edito volumine reproduxit. Pro cuius animæ felici requie restia-  
 rum orationum suffragia ex caritate postulamus.

Anno 1633, 4 Februarii, ex hac vita migravit D. Joannes  
 l'Apостоле senior hujus domus, et primus novæ et translate intra  
 muros oppidi Brussellensis, etatis sue 56, professionis 34. Fierat Car-  
 melita Mechliniensis et habitum nostrum susceperat Lovanii nec-  
 dum promotus ad sacerdotium. Sub finem Novitiatus sui fuit a  
 D. Arnoldo Haventio tunc Priore hujus domus ( qui susceperat  
 eum Lovanii ad Ordinem ) postulatus, et a Conventualibus liben-  
 ter concessus salvis expensis. Erat statura egregia, colore blondus,  
 affatu blandus, latinam linguam non satis congrue caelebat,  
 quippe qui puer traditus fuisset monasterio, et publicas scholas  
 vis frequentasset, sed hunc defunctum supplebat iudicio et memoria,  
 nec non diligentia maxime in epistolis S. Hieronymi lectitandis  
 ex quibus sicut ex sacra Scriptura sententias sapienter eructabat in  
 colloquiis maxime cum secularibus nihilominus novebat, et sanctam

simplicitatem ostentare, et opportune alios consolari aut consilium dare. Eratque publicum oraculum quod non tantum religiosi et domestici sed et Piores consulerent aut etiam seculares. Post professionem fuit statim Sacrista, postea Vicarius in quibus officiis dum adhuc iuventa caleret fuit diligentissimus, maximam divini officii curam habuit, libenter Missam etiam pro aliis cantavit, multas correctiones fecit et annotationes in libris ecclesie, sed modum excessit non se continuit intra limites correctionum Majoris Cantuarie, sed animadvertens eas prodire ex emendatis Bibliis voluit eorum ubique textum sequi etiam in capitulis et iis quae subjacent ordinationi ecclesie, nec etiam characteres bene pingebat. Difficile est in omnibus servare modum. Zelo quoque nimio Piores officio moveri procuravit, tandem et ipse officio et loco motus aliquot annos in domibus Gandari, Lyrae et Capelle hospes exegit. Postliminio domum reversus Novitiorum adhuc director fuit pluresque juvenes ad Ordinem nostrum promovit, frequentes habuit visitantes et alios habere permisit licentia obtenta, non enim contemnebat regularem silentii et solitudinis observantiam, sed ex hoc exemplo inconveniens sequebatur quod sibi pulchrum honorificum juniores ducebant visitantes habere, aut optabant pro sublevamine sedii cellae et solitudinis quae est nostra crux, quam debemus ferre et sequi Christum. Erat forte natura melancholicus certe phlegmaticus et assidendo igni combussit sibi quam laboravit decem facile annis antea obitum. Et nisi hoc incommodum impeditus nunquam cessavit a celebratione Missae ad quam etiam se cogebat, et deferri curabat in maximo doloribus ad ecclesiam pro qua re et penultimo die vitae suae famulo innisus eam adivit, in Missa se communicavit postremo. In festo Purificationis B. Mariae per confessionem prius se purificavit obtenta indulgentia duplici titulo dei festi et articuli mortis, deinde cibum fastidiosus nec valens phlegmata ejicere venit ad extrema cum integris sensibus, plena resignatione et confidentia caelum petens voce et signo.

Res gestas in domo, Ordine et patria colligere potissimum studui. Hic recte finem scribendi impono, dum vitam unius hominis, primum inquam nostri profusi etatem descripsi, item vitam regimen R. Patris nostri Generalis complectus sum, sicut, et imperium Ser<sup>mo</sup> Domine Isabellæ Claræ Eugeniæ Principis nostræ, quæ sub finem hujus anni mortem perdidit et vitam invenit: ipse quotidianas defectus corruptionis, quid est aliud, quam quedam prolixitas mortis? Princeps quidem propter virtutem et pietatem meliori fortuna et felici imperio digna, sed neque inquam tanta vis adversæ fortune fuit, quæ aliam ipsi quam hanc vocem extorqueret, si visum est divinæ Majestati ut quemadmodum olim Jobus; ita nunc patiamur, nobis Jobi patientiam largiatur. Verum non ei sicut Jobo addidit Dominus duplicia dicit aliquis? Respondit Augustinus temporalium restitutionem factam Job pro ratione dispensationis quam Deus tenebat tempore quo Christus nondum venerat in carnem nondumque suo exemplo sanciverat sustinere hic mala usque ad mortem, ut meliorem inveniamus resurrectionem. Propter quod Jacobus a tempore quo Christus id suo exemplo sancivit Ecclesiam novi Testamenti per epistolam instruens non dicit finem Job vidistis, ne quis exemplo Job patienter sustineret, ut hic tandem reciperet duplicia, sed finem Domini vidistis, ut patienter sustinendo usque ad finem spectemus et speremus a Domino recipere eterna alterius vite bona. Propterea Christus dicitur Pater futuri seculi vel ut vertit Vatab. Pater eternitatis.

Adam genuit nos tempori	Christus eternitati
Adam genuit nos morti	Christus resurrectioni
Adam genuit nos terræ	Christus celo.

More sacræ Scripturæ maxime in libris Regum describam hic Principes et legatos quæ suam Cel. convenerunt, item nomina præcipuum

ministerum.

Principes et legati qui dictam Principem ab obitu conjugis sui convenerunt: <sup>Prima</sup> Maria Medicea regina mater regis Francie, et Gasto ejus filius Dux Aurelianensis, et Margareta Lotharingica ejus conjux, Princeps Polonie, Princeps Moravie et Regii, archiepiscopus Moguntinus elector, Dux Neuburgensis sepius, Princeps Palatinus de Birkenfeldt.

Legati Sedis Apostolicæ: Joannes Franciscus archiepiscopus Patracensis ex Comitibus Guidiis a Balneo ex Flaminia nunc S. R. E. Cardinalis episcopus Cerucen., Dominus Fabianus de Lagonissa, etc. archiepiscopus Compsanus.

Legati Imperatoris: Comes de Lovartzenberg bis, Baro de Harach.

Legati regis Hispaniæ: Comes de Ossina nunc Marchio ab Aitona qui impresentiarum secundo hic legatum agit; Comes de Conate, Comes de Gondemar, Marchio de Mirabel iterato nunc hic moratur, D. Diego de Mesia Marchio de Denise et Leganes; Comes de Sobre etiam secundum residet; Marchio de Bedemar Cardinalis de la Cuera a tempore quo pater memorie pater Albertus adhuc has provincias moderabatur usque nunc pro legato habetur ordinario.

Legati regis Franciæ: Gubernator Poloniæ reginæ matris nomine, Vicecomes d'Assy gubernator S. Quintini regis nomine, Ordinarii D. de Pericart, D. de Raugy, D. de Roubu.

Legati regis Angliæ: Baro de Digby nunc Comes Britoniæ, Richardus Weston nunc Baro de Weston et regni Angliæ thesaurarius; regis Daniæ item unus; Ducis Sabaudie abbas de Scala secundum; archiepiscopi Moguntini Baro de Schoöberch; archiepiscopi Coloniensis D. Wachtendoncq Leidii prepositus; ditionis Westphaliæ Comes de Bechem, etc.

De palatinis seu aulicis officiis specialiter de adjuncto.

Aliquot sunt magistratus seu consilia, quæ Palatina audiunt,

quod in principis palatio suas cameras habeant, et principi adstant, quaeque ad principis regimen immediatim spectant ea pertractent. Duo sunt imprimis consilia haud pridem erecta, adjuncta vocantur, quorum primum sex jam vel septem annis aetate (ante annum 1631). Constat solis Hispanis et quidem nunc Ill<sup>mo</sup> D. Alphonso de la Cueva I. R. E. Cardinale, D. Diego de Messia, Marchionibus D. de Aitona et D. Mirabel, Legatis regis D. Caroli Columna, Viaduro justitiae superintendente, duobus reformatoribus seu rebuscodoribus Philippo de Silva et uno secretario. Congregantur in palatio certo loco communiter diebus lune et jovis quanquam nunc fere quotidie conveniant. Toto in concilio deliberatur potissimum de rebus ad militiam exercitumque spectantibus de officiis militibus et stipendiis militum.

Alterum adjuncti nomine nuncupatum recenter quoque erectum ex praefato Cardinale, presidente secretioris concilii Domino Maas, cancellario Brabantiae Domino Bosschot, praefecto aulae Domino Steenhuyjs et D. Audientario conflatur. Communiter isti adunantur diebus Martis et Veneris sed et alias si quid subito occurrat eorum crisi decidendum. Discutiunt isti potissimum an cum hostibus tractandum sit, an licentiae, ut vocant, aperienda sint, vel claudenda, de captivis, de litteris salvoconductus concedendis et similibus.

Concilium status Ser<sup>mox</sup> Infantis etiam nunc adsiat, sed rarius congregatur, quia in dictis adjunctis fere expediuntur ea quae in hoc consilio tractari solent, in quo solebat Princeps agere de rebus belli pacisque de federibus cum aliis principibus paciscendis vel continuandis, de mittendis recipiendisque legatis ac de solius patriae regimine, et ad hoc consilium ex aliis conciliis refe-

runtur quaecumque negotia magis ardua. In hoc concilio locum habent archiepiscopus Mechliniensis, episcopus Gandensis modernus, et omnes equites amici velleris, sed hi raro ingrediuntur (quod defectionis causam plerisque praebuit). Titulo consilarii status plures honorantur ex provinciae praefectis, nonnulli doctores virique alii illustres ad eam dignitatem a principe evolvuntur.

Consilium sanctius sive privatium olim ista omnia expediebat, sed jam justitiam, jus et politiam concernentia potissimum expendit. Condit leges, privilegia concedit, delictorum remissiones indulget et gratias. Jus sibi etiam adscribit, diplomata Pontificia placitandi sed an jure an injuria viderent. In summa alias hoc consilium est instar valli cuiusdam pro justitia, et supremam habet in omnibus negotiis potestatem. Praesidet huic consilio hoc tempore scilicet 1630 Dominus Maas prorecte admodum etatis viri. Consilarii sunt Dominus Royschol qui et simul est Cancellarius Brabantiae, Dominus Corsebus ecclesiasticus, Dominus Steenhuyjs, Dominus Leverpont, Dominus Van Aekel, Dominus Weldre, Dominus Roofs, Dominus Mulervelt; secretarii Dominus Audienciaris, Dominus de Groot, Dominus Le Comt, Dominus Gotignie, Dominus Praats, Dominus Bertie, etc.

Consilium financiarum seu arari principis habet supremam in principis patrimonium auctoritatem, elocationibusque bonorum ipsius superintendit. Procurat pecunias pace belloque necessarias in arces, propugnacula aliosque usus ordinarios et extraordinarios, etiam in quasdam largitiones, elemosinas, et sumptus ad principis arbitrium. Hoc consilium communiter constat tribus note prudentiae dynastis qui capita financiarum indigentur. A morte Ducis Croij qui primus Arum erat, duo tantum Comites istum titulum habent videlicet Comes Cappignoy et Comes de Warfusee. Totis capitibus pro corpore formando unus annectitur thesaurarius, qui nunc est Dominus Kintschol per quem ceu per collum

omnia istius consilii negotia permeant. Dominus Van Onckle in isto consilio Quæstoris generalis dignitatem obtinet: ille instar ventris principis gazas recipit, et pro mandato ei dato eandem egerit.

Nobiliorum præterea partium in isto corpore vices obeunt. octo viri nobiles vel saltem honestissimo loco nati capaces et peritissimi muneris ipsi commissi vocantur. Sunt autem hoc tempore Trabelle Principis hi Dominus Maes, Dominus Kesseler, Dominus Van Wauwere, Dominus Coheerts, Dominus Van male, Dominus Vanier Beken, Dominus Le Roy et Dominus Ursel. Quilibet istorum commissorum habet annue honorarii titulo 2000 florenorum Graphuarii Croonendaele et de Ryse, et tertius adjunctus Brecht horum stipendium 250 flor. præter jura expeditionum, etc.

### De militia Belgica

His bellorum temporibus sunt peditum legiones Germanorum octo videlicet Ducis Neoburgensis, Principis de Cimag, Principis Barbaugonii, Comitis Joannis Nassarii, Comitis Emdani, Comitis Tsenburgiæ, Domini de Fauquier et Domini de Baur. Sunt et Wallonum octo legiones Ducis de Bourneville, Comitis Fontani, Comitis de Waken, Comitis Mausseldii, Domini Grobbendoncq, Domini Dusdorffii, Domini de Masiers, et legio recens sub directione Domini de Henmin præfecti quæ dicitur esse Comitis de Warfuse.

Legiones Hispanorum sunt tres numero Comitis S. Lasari, Domini Alphonsi de Sadron et Domini de Benavides. Eorundem sunt legiones Italorum, una subest Marcello de Guidici, altera paulo Paglioni, tertiam præest Carolus Roma. Pari numero habentur legiones Burgundorum, uni præfectus Baro Balançoniis, alteri Baro de Montclay, tertiam recit Baro de Beauvais. Est et Hibernorum legio sub directione Comitis de Cynon, etc. Equitatus est in octoginta quatuor phalanges distributus.

Tinis impositus est circa principium Novembris anno 1640.

Bruges (Val de Grâce) Restauratio  
Fata de la 1<sup>re</sup> jum; Anno 1635, 24 Junii.

Cette restauration  
avait été notée par  
Oles pp. Ol. entre les pp. 324

De restauratione Cartusiae Brugensis quae  
nuncupabatur domus Vallis Gratiae.

Praedictum monasterium funditus fuit eversum anno Domini 1578, unde  
Cartusiani compulsi fuerunt se recipere in refugium quod habebant  
in Hierusalem dono fundatoris ejusdem Domini Adomes intra muros  
civitatis, et transacta actione quam in eadem permagnificas aedes  
habebant sibi alias comparaverunt, quae postea angustiores deprehen-  
sa sunt quam ut sufficerent construendo monasterio Ordinis  
nostri. Quamobrem anno 1607 ordinatum fuit per Capitulum  
generale religiosos ibidem commorantes alio dimitti donec et  
quoadusque dicta domus necessitatibus debite provideretur.

Dei providentia contigit ut sequenti anno Dominus Gisbertus  
Barbusius absolutus a Prioratu domus Brussellensis institueretur  
Prior domus Brugensis per Capitulum generale. Is zelo Ordinis  
succensus non dedit requiem temporibus suis donec inveniret  
locum Domino tabernaculum Deo Jacob et tandem post multas  
solicitationes et animi molestias, anno sequenti 1608 locum  
obtinet ab archiducibus Alberto et Isabella Clara Eugenia pro  
novo monasterio edificando sacrum divo Auberto quod abonia-  
les aliquot inhabitabant, sed permutatione facta cum  
aedificiis quae inhabitabant quae conditio apposita permolesta  
accidit Domino Gisberto et fere totum negotium ad nihilum  
redegit, sed tandem Deo propitio anno 1611 sic per Capitulum  
generale definitum fuit:

Donationem J. Auberti domui Vallis Gratiae Brugis a  
suis serenissimis Celsitudinibus collatam cum humillima  
gratiarum actione acceptamus, ejusdem translationem  
a Patribus Commissariis factam confirmamus.

Dicam apertius aedes quas prius incolabant nostri magni-



ficientiores erant sed locus non sufficiebat pro construendo monasterio. Petiit igitur D. Gisbertus Prior locum ad monia sacrum S. Auberti quem incolebant Moniales ab episcopo alio emendate, sed competitor habuit in aula Brusellensi Clarissas quibus ser<sup>ma</sup> Infans Isabella volebat omnino provideri ad instantiam Patris confessarii. Diffinierunt igitur consiliarii ut nos haberemus locum professioni non congruum interim cederemus Monialibus cedes quas angustiores nobis esse conquirebamus.

Et quia procul dubio erant magnificentiores dederunt predictae Clarissae aliquot centena florenorum in recompensationem, et D. Gisbertus defectum alioquinde supplevit dum ab archiducibus etiam redditus Monialium S. Auberti obtinuit contra multorum expectationem.

Ambitus Cartuside Brugensis longitudinem sive latitudinem habet 230 pedum.

Primum lapidem posuit R<sup>mus</sup> episcopus Brugensis D. D. servatus Quinckerus cum tali inscriptione:

Anno Domini 1638 die 27 Julii primum lapidem R<sup>mus</sup> D. D.  
Servatus Brugensium antistes posuit.

Edidit 2000 florenos  
pro prima cella  
edificanda

Inductus pontificalibus actionem inchoavit ab hymno Veru, Sancte Spiritus. Deinde supplicatio instituta per monachos officiales Ordinis Cartusiensis. Sacrista protulit crucem. Sequebantur:

D. Bruno, Coadjutor in domo Monialium,

D. Procurator loci D.

D. Procurator domus Monialium D.

D. Vicarius loci D.

V. P. D. Joannes de Pipenpoy Prior et restaurator domus hunc Rector, Cartuside Brusellensis professor,

V. P. Vicarius Monialium D.


V. R. Visitator D. Pruno J. Catebair, Prior domus Brussellensis.  
 sequebatur qui pedum episcopo praeferbat.  
 Deinde ipse R<sup>mus</sup> episcopus comitatus R. D. Decano S. Donatiani,  
 Domino Carolo Van Prosche et proposito ecclesiae B. V. ebariae  
 Domino Petro Cristeram.

Post versiculum Asperges cantabant Misere mei Deus, et  
 cum perventum est ad fundamenta effossa cantistes talem dedit  
 benedictionem a se ipso compositam super lapidem qui ibidem  
 jacebat floribus ornatus.

Oratio.

Domine pie qui agrum figuli pretio sanguinis tui in se-  
 pulchram peregrinorum comparari voluisti, quod sumus dignan-  
 ter reminiscere clementissimi hujus ministerii tui. Eues, Domi-  
 ne, figulus noster, tu quietis nostrae ager. Tu aqui hujus es pre-  
 tum. Tu dedisti etiam et suscepisti. Tu in ..... et in pretio  
 tuo vivifici sanguinis requiescere donasti. Tu ergo Dominus  
 qui es offensionis nostrae clementissimus indultor, expectatis-  
 simus Judicator, Judicii tui superabundantissimus miserator  
 judicium tuae severitatis abscondens post miserationem  
 tuae pie redemptionis, adesto exauditor et effector nostrae  
 benedictionis, hocque aedificium habitaculum peregrinorum  
 tuorum caelestis patriae incolatum expectantium benignus  
 sanctifica et hic habiturus gratiam tuae benedictionis  
 infunde ut destituta tuae virtute freti contra curia adver-  
 santia caelesti armentur praesidio quo nullis in hoc saeculo  
 tempestatibus adversantium perturbentur. Per Christum.

Be Deum laudamus.



En guise d'Épilogue  
Lettre de D. Gérard 'Eloi'. Du 16 XL 1678

Loco Epilogi fragmentum Epistolæ D. Gerardi professi hujus  
domus ad D. Gisbertum Bauhusium Priorem nostrum subnectam.

Satis certus sum non fore id vobis grave quod vobis mittam et scribam  
unum verbum de statu meo et ratione vivendi. Jam secundus annus  
expiravit ex quo a vobis discessi, nec adhuc singulares difficultates aliquas  
expertus sum. Ut quidem quantum ad præsens attinet non habeo quod  
de valetudine conquerar; adhuc vivo, et (ut ait quidam) dum spiro, spero  
semper meliora. Atterimur quoque et exercemur mille laboribus, et  
cum aliis utcumque satisfaciam mihi. Ipsi nunquam satisfacio. Suc-  
cedit diei nox et dies nocti, et labori labori, sed dabit Deus aliquando  
hunc quoque finem. Hoc me tamen præcipue male habet quod cum  
jam Magister deberem esse propter tempus rursus indigeo ut doceam  
quæ sint elementa exordii sermonum Dei, et factus sum cui lacte  
opus sit pro virginibus nostris non solido eloquio, et cum modo sim  
silentiarius modo sedentarius idem sum qui apud vos fui pauper  
Gerardus, vester quondam subditus, nunc particeps in tribulationibus  
et proter contribulium meorum, fratrum, inquam, meorum, qui  
ibi apud vos sunt in Ægypto. Salutate, quæso, eos ex me, et senio-  
ribus quidem precor felicem hujus anni exitum, mediocribus  
id est consparibus quondam meis fausta hujus ineuntis anni aus-  
picia, et Novitius quos adhuc non vidi ad optima et maxima qua  
que progressum, denique reliquis omnibus de quidquid ex viscere-  
ribus caritatis habeo et precor ipsis hunc et alios annos vitæ plu-  
rimos.

Videmus hic stellam in Oriente ascendentem et nobis imminen-  
tem imo vindicem Dei fortasse, qui jam diutius ferre non  
potest peccata populi. Dicitur vulgo visum in celo ferreum  
cum portitoribus quatuor abiat, quod utrum verum sit

nescio fides penes eos qui non viderunt et crediderunt. Nobis certe co-  
metes iste aliquid protendere videtur, unde non parva trepidatio  
apud omnes, et maxime in hoc tractu Flandria, cujus rei causa ins-  
tituta est cleri et populi communis supplicatio in toto episcopatu  
Brugensi pro avertenda ira dei et celebrata est secunda Dominica  
Adventus cum maxima devotione populi.

Hec breviter ad vos scribo Venerande Pater et commendo me preci-  
bus vestris et omnium ex Parthena nostra Cartusia Monialium  
Brugis Dominica tertia Adventus 1618. Paternitati et charitati  
vestrae addictissimus frater et servus in Domino.

Jr. Gerardus Eligius.

